

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 2.6.87




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 2.6.87



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 2.6.87


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 2.6.87


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 2.6.87

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

COMMENTARIVS
In primum Librum
INSTITVTIONVM
IVSTINIANI IMPERATORIS.
IN QVO SINGILLATIM TITVLI noua interpretationis methodo expenduntur.

IN FRONTE OPERIS EIVSDEM IVSTINIANI VITA.

In calce Noua Institutio pro Legalibus Quæstionibus expendendis, ac disputandis; Qua facilè termini, supposita, & puncta Tyronibus innotescunt.

AVCTORE
IOANNE VISCONTE
I. C. Pistoriense; in almo Pisano lyceo Iur. Ciu. Professore, & D. Stephani Equite.

Ad Illustrissimum, ac Reuerendissimum
D. CAROLVM MEDICEM
S. R. E. CARDINALEM
AVGVSTISSIMVM.

Superiorum Permissu, & Priuilegijs.

2
6
87





VENETIIS, M DC XIX.
Apud Ioan. Baptistam Combum.

506

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

Præsens Opus in Primum Librum Institutionum Iustiniani Imperatoris apellatus, Io. Viscontis Iurisconsulti Pistorien. ac Iuris Ciuilis, Almi Lycei Pisani Professoris diligenter perlegi, nihilque in ipso reperi contrarium Catholicæ Fidei, Moribus, atque Principibus. Venet. die 1. Iulij 1618.

Fr. Io. Ludouicus Secch. sacr. Theologiæ Lector. & Commissarius Inquisitionis Venet.


2 6.87


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87



ILLVSTRISSIMO,
ac Reuerendissimo
D. CAROLO MEDICES
S. R. E. CARDINALI
AVGVSTISSIMO.

Ioannes Viscontes I. C. S. D.





DEO me benignitas deuinxit tua Cardinalis Augustissimæ, vt nunquam mihi fuerit cogitandum, cui fœtus ingenij mei deberem; sed quales esse deberent. Noui magnum esse dare Principi, maius digna Principe: præsertim eo, quem nulla exprimit facundia; quem gemina maiestas ornat; & decus omne virtutis irradiat. Audeo tamen leues hosce labores meos offerre tibi: non vt audenti fortuna respondeat, sed benignitas tua, quæ supra fortunam est. Quid; inquam; audeo? soluo quod iure debeo. Mancipasti iam tibi olim mentem meam; quod peperit iure tuum est: &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

eò magis tuum, quò melius est nostrum, te fauente, ingenium. Segne prius ad iniuriam sterilitatis penè stertebat: ex quo tuis illigatur gratijs, non vulgaria meditatur. Crediderim tibi obnoxios, tuæ virtutis contemplatione, ab imis raptos, ad summa peruehi cogitatione. Siuè tuæ sit hoc peculiare maiestatis; vt discant experimento viri sub generoso Principe meliorem esse libertate obligationem. Jus gentium mancipia instituit; sed vitæ seruatæ humanitatem crudelitate imperij irritauit. Hinc sæuum videre vitæ vsui relictos mortis stipendia facere, & cadauera existimari. Qui tibi vinciuntur, viuunt, & tantò liberius, quantò sapiens vitæ moras trahit vulgi meliores. O quàm velim tibi perpetuò famulari: ea lege, vt nunquam me manumitteres. Sperarem in hoc libertatis inuidiam. Pudebit ipsam (si votum meum impleatur) priscæ suæ sterilitatis, & obligationis perpetuæ iugem sobolem intuebitur. Mirum hoc in tuam clientelam receptis auspicium; vbi alij, quamquam muniti patrocinio, liuorem perhorrescunt; sub tuo numine inuidia exoptetur. Liuor namq;, obtrectatio, morsus, omnia infra tuam magnitudinem iacent: nec tibi obnoxios expugnant, sed explorant. Damnet igitur me clementissimæ Princeps voti mei benignitas tua. Ita concipiam in posterum plura felicius, & fæcundius; quæ quidem vt optima sint curabit nostrum ingenium, cùm sciet semper futura tua. Vale Pisis XII. Kal. Jun. 1618.

IL-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

ILLVSTR.^MO PRINCIPI
D. N. C A R O L O
S. R. E. Cardinali Mediceo.
S E R E N I S S I M O R V M
M A G. H E T. D.D. N. F. F.

Thomas Dempsterus I. C. S. D.



NVPER timido lembo tuis Illustr. Princeps auspicijs littus ludibundus deserere Auctor est visus; & fauerunt Castores. Nunc iterum maiore velo FAMÆ oceanum eodem ductore ingreditur. *Tu bono omine esse iubeas censeas* ex S.C. veteris forma; & hæreditario quodam patrocinio adesse digneris. Nam quis literas nouit; & maiores tuos eas postliminio in Latium intulisse, cultu ornasse, viuido spiritu aluisse ignorat? Hinc illa MEDICORVM gloria HONORIS templo consecrata, & MEMORIÆ fano dedicata musarum beneficio omnia cogitatu amplissima visa est mereri. Hoc Familiæ vestræ præconium remotissimas mundi partes penetrauit. Horum tu in literatos propensionem, vel æquas, vel superas; animo ijs par; dignitate, ac meritis prætergressus. Et sanè nomini tuo Illustrissimo erat præsens opus ab eo nuncupandum; non modò quòd alijs prælatus in hoc iuris Ciuilis stadio sedeat agonotheta: sed etiam quòd *Viscontiorum Gens* inter Magnates Pistorienses numerata, & ad primos honorum ciuilium apices admissa officiosè semper Maiores tuos obseruauerit, ac religiosè etiam nunc colat. Demũ opus hoc si non mole, saltem eruditione ingens viuacis erit genij, si tuo fastigio non indignum videatur. Nec facilè (puto) Princeps Imperatorem aspernaberis; nec Clientem semel in tuorum cohortem admissum à tactu purpuræ arcebis.

Vale Pisis Idibus Iunij 1618.

IV-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

IVRISPRVDENTIÆ
TYRONIBVS.

Ioannes Viscontes. I.C. S.P.P.



ABES iuris tyro libellum nostra adolescentia olim incohatum; nuper cursu triennalis interpretationis expolitum. In eo nobis curæ fuit tibi vni consulere. Quid enim cum peritis nostra rudimenta? Quæ si vnquam in doctas eorum manus, inciderint, eos rogatos velim, vt non aures tantum, sed corda consulant; & erratorum veniam non inuideant. Tibi verò cui votum in legali facultate promouendi, duo sanè duxi necessaria; Terminorum plena cognitio; Et eorum ad disceptationem ordinata reductio. Primæ rei caluere veteres, & recentiores interpretes. Sed nescio quo fato cadat, vt adolescentium animus his non alatur, vel parcè. Siuè sit dogmatum solertia, siuè interpretationis methodus non benè distinctis Imperatoris, §.§. obsequens, terit manu titulum studiosa pubes, cuncta perpendit, cuncta rimatur, nullam partem non explicatam reperit. Indè recens discessæ si obyciatur aliquid, vel si de rei essentia interrogetur, maioribus inuolucris irretitur. Laudat quidem virorum dogma luculentum, ipsa tamen est in obscuro. Inde consilium mihi huic (vt ita dixerim) vulneri aliqualem medelam adhibere; Ita primum Institutionum Iustin. Imp. librum veluti in gustum aliorum exhibui ea lege explicatum, vt singillatim titulus quilibet ad sua capita redigatur, vt semper quæratur quid sit res, quotuplex, de modo fine, & rationibus. De integrò singula capita suis obiectionibus, responsionibus, & distinctis obseruationibus explicentur. Et tibi liquet voti mei summa in hoc primo capite. Quod respicit secundum de ordinata redactione ad disceptandi formam, adhuc disciplinæ desiderantur clementa. Ita vt mihi olim in Academijs versanti mirum semper visum fuerit in tanta ingeniorum varietate, neminem adhuc extitisse,

qui

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

qui de hac re cogitauerit. Imbuti primis terminis legum, Adolescentes, ad ordinarias scholas se conferunt. Academias frequentant disceptant. Sed qua lege disponatur disceptatio suis nitatur suppositis, ac firmamentis ignorant. Imitantur veteres, & quidem claros, probè id, sed quæ sit ratio imitationis est in occulto. Consideranti hoc in tyronum emolumentum, & quorundam Auditorum meorum gratiam, quos huic vni calere conieci, normam, & institutionem huic quoq; rei comparandi voluntas fuit. Ita intelliget tyro disputandi cupidus. Quid Quæstio sit, Quid disceptatio à quibus nascatur fontibus, qui sint termini, quæ supposita, qui punctus. Quibus ante dispositam quæstionem perceptis, tanta claritudo comparatur, vt nec aduersarij error, aut dolus, vel quorundam imperita arrogantia negotium vllum facessat. In hoc capite, & rudium, & peritiorum cateruas compello. AEqui, boniq; consulant vniuersi. Si obscurius quàm non est opus, vel scripsi, vel si quid non expressi. Difficile est inuenire; difficilius noua inuenta facilitati omnium ingeniorum accommodare. Si non perfecimus ex voto, operam nostram absoluat alius elimatius. Et si nobis Candidè lector non debebis facilitatem, aut fructum, saltem materiam facilitatis, & noui emolumenti nostram esse fatebris.

Vale, & in dies expecta meliora.

SE-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

SERIES TITVLORVM.

HVIVS PRIMI LIBRI I.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

IVSTINIANI IMPERATORIS VITA AD VETERVM, ET RECENTIORVM FIDEM DELECTA;

ET VELVTI IN ELENCHVM redacta per Joannem Viscontem I. C.



Vstinianus Flauij Valerij Iustini Imperatoris ex sorore nepos fuit. Testis in hac re locuples Baro. Cardin. annal. eccl. tit. 6. pag. 121. Astipulatur Gilbertus Gerebrardus in sua chronolog. libro 3. pag. 246. Meritò falsus prima fronte, vt in cœteris impius Hotomanus Iustiniano genus humile, & obscurum affingens. Nam Iustinũ prima pueritia Bubulcum fuisse nemini compertum est; neque Procopius, neque Agathias prodidere, quorũ fides suspecta esse nõ potest, quòd coetanei sint. Ast ex Hotomano selectam Iustiniani vitam plurib. in locis expũgi Rom. Ecclesia cum pietate iussit. Ab ipso Iustino per adoptionem ascitur assertione clarorum virorũ, quos anteà memoraui. Ea propter in libris institutionum scriptum legimus *Iustinum Patrẽ nostrum* vt in §. est aliud de donat. & in §. cęcus quib. non est permiss. fac. test. Veteribus enim solenne fuit ciuiles tantũ patres simplici parentum nomine appellare: nulla adiecta nota, qua designaretur adoptio. Id moris Tyberio fuit Augustum, à quo ciuili iure in filium optatus fuerat patrem dicere. Tacit. annal. libro 1. Idem Tughurta. Sallust. de bell. Iughur. De adoptione nusquã dubitatio. Subsignãt, & consonant scriptores supra recensiti, & Platina in vita Ioannis primi Pontif. max.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

Cæterum ingrauescente Iustini ętate properato ante excessum quadrimestre, Iustinianus in partē curarum vocatur. Gilb. loc. alleg. Accedit, & Marcell. Comes huius tēporis scriptor, & Bar. loc. supra allegato, cuius verba integra retuli. quæ sunt. Iustinus morbo, senioque grauatus Iustinianū imperij successorem delegit; ipse enim sūma ęquitate, ac religione imperium in nonum vsq; annum protraxerat, futurisque Reip. cōmodis consulens, de eligendo legitimo successore in senatu egit; vbi rogatis singulorū sententijs; senatores cum scirent Imperatoris esse in animo cū deligere, qui ex sorore ei nepos erat, & cui iam imperij habenas crediderat; A. D. 527. Kal. April. eūdem Augustum dicunt. Igitur Iustinianus annū agēs 45. anno verò nostræ salutis 527. regendi imperij onus subit. Hisce rebus fidem auget ipsemet Iustinian. anno 11. sui imperij scriptor const. nouell. 47. & auth. coll. 5. tit. 2. Kal. Septēb. post consulatū Belisarij anno 2. Qui annus à Christo 537. inscribitur. Etenim cū an. Kal. Apr. anni 527. Iustiniani imperiū duceret initiū, planè ab anno absoluto, exactoq; 537. vndecimus Iustiniani Imp. scribitur. Veritati tantoperè compertæ addit facē Procopius, dum singulos annos Gothici belli supputat. Hinc Alciatus, alioqui vir eximius ab Illustriss. Baro. vapulat, nam parerg. lib. 6. c. 14. diuersam induit mentē, quo auctore ambiguū; Existimat anno Dom. vndetrigesimo Iustinianū munia imperij suscepisse. Hactenus de creatione.

Sunt, qui sentiant Iustinianum anno imperij sui secūdo vxorem nomine Theodoram duxisse: malo Theodosiā cum Zonara annal. tom. 3. quā sibi ante sui imperij initia matrimonio iūxisse crediderim assertione ipsius Zonaræ aiētis, sub ingressum imperij Iustiniani vxorē Theodosiam Augustam appellatā. Bonū initium noui principatus fuit pietas; nam statim imperio accepto, fortunas oēs quibus cū priuatus vixerat in pijssimos vsus erogauit. Cedrenus in suis annal. Sed vsu arctissimo Triboniani iurisperitissimi, sed hæresis infecti venenis, bonis initijs malos euentus habuit, vt mox in loco reddemus. Iuuat de Iustiniani ingenio, & factis

non-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

nõnulla tangere, vt causa monstruosi ipsius exitus innotescat. Ingenio fuit; si bonas literas inspicias, stolidissimo. Vi memoriæ destitutus adeò, vt literarum eleméta sæpius inculcata menti non retineret. Cuius rei ergò (vt Suidas est auctor) vulgi facetijs analphabeti vocabulũ ei populus indiderat. Animo tamé magna, & præclara in primordio dominij cõcepit. Apprimè religioni toto caluit corde, constructis téplis magno impendio, & ortodoxę fidei sanctionib. promulgatis. Multa quoque in hæresis labe infectos, cætusque prauos inflicta animum ipsius religiosum, tunc temporis testabatur.

Primus imperij sui annus edictum de Christiana fide habet; editisque pluribus ad diuinum cultũ spectantibus, Iustinianus summa rerũ Imperij sui potitur. Monarchiã in votis habet; addita ad diuinum auxilium promerendum ieiunorũ austeritate. Asperè vitã tolerat, vix modico ciui ferendam Procop. de ædific. Iustiniani lib. 1. Mira fides, mira pietas in illo. Sacras Martirũ memorias coluit, ecclesias delubra, aras, vetustate sublapsas in melius reparauit; firmauit veteres; nouas addidit. Anno sui principatus Quartus Hierosolimis in Deiparæ Virginis cultũ vix animo concipiendũ ingenti vastitate téplum construi mandat. Procop. de ædific. Iustin. oratio. quinta. Amplitudini molis nulla arbor tamenlibet procera sufficere visa, quo tectum imponeretur. Iuuit cogitatum Silua antiquitati illibata, cedris in cœlum vsque porrectis, & firmis nexibus lignea compages ædi magnificentissimæ superstructa. Baro. pag. 161. Superiore eius anno, quem dederat paulò ante colligendum, censendumque codicem, optatis per eum viris, ad vmbilicum perductum suo nomine Iustinianeum appellatum confirmauit. Sub idem tempus septimo idus Februarias ad Senatuscons. Constantinopolitanum missa constitutio vt liquet ex constitutione de nouo codice faciendo; & de Iustinian. codice confirm. Baron. pagina 151. Anno septimo ardentius conflagrat in fide, quam manu propria signatum per Hypatium, & Demetriũ Episcopos ad sum-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

mum Pontificem Ioannẽ Secundum, Anaſtaſio Auctore mittit; Diui Petri Apoſtoli aras donarijs precioſiſſimis cumulat. Nondum exacto dicto tempore, pijs auſis reſponſum eſt cœlitus recuperata Affrica vniuerſa, vt in l. 1. de confirm. Digeſt. Ianuarij menſis 17. Kalend. pandectarum libros 50. edit; in quibus receptæ cum Cartagine Africanæ victoriæ viſitur monimentum. Eadem die vulgata legitur conſtit. de iuris docendi ratione. Illa vero præfationis loco inſtitutionũ libris præpoſita, & cupidæ legum iuuentuti inſcripta epiſtola 11. Kalen. Ianuar. data reperitur; In qua cum eluceat titulus Vandalici, & Africani; Vandalis bello domitis, & Africa ſuæ dictioni reſtituta; reliqui, vt Gothicus, & Alemanicus, &c. commentitij, vel aliunde à ſcriptoribus quæſiti videntur: nullum enim cum his populis Iuſtiniano certamen Baro. pag. 193. Cæterùm breuitatis ſtudio, non ſingulos Iuſtiniani imperij annos complecti aueo, & omnia quæ à ſeptimo in vigeſimum tertium annum egit, reliqua facio. Tunc enim temporis prodigiosè mutatus eſt; ex pio impius; ſpe immortalitatis in hac vita à Triboniano participe ſecretorum illectus. Gerebrardus in Chronolog. libro primo. Qua ſuada hæc Iuſtiniano per Tribonianum inſinuata fuerint mirum dictu eſt, & vanum relatu videretur, ni Gerebrardus exprimeret, & Baro. pag. 151. huiuſce veritatis aſſertorem Heſychium Mileſium acceſſerit. Et tam infelicirer mutato; conſpiratio ab Artabanis in eum facta detegitur. Procop. Anno 27. impetu corruptæ mẽtis gliſcente ſibi Io. Pontificis confirmationem temerè aſciſcit Baron. pagina 443. Anno 32. ab omni prorſus fide deſciſcit. Eutychianorum fautor, ac propugnator, Gilbert. libro tertio, pag. 248. Hinc hæreſis deploranda contagione in populos ingruente; ſui regni facies immutatur, Baronio hiſce verbis exclamante. *Et nunc Reges intelligite; erudimini qui iudicatis terram.*

Poſtremò Dei iudicio, & poteſtate exiens, in inſaniam agitur: Nicepho. Calliſtus libro 17. & hoc anno ſui imperij 37. Dei opt. max. iuſſu.

Nam

Nam illi fuit cum hæreticis vsus arctissimus: nec sacris diuinisque rebus sibi temperauit; ita vt anno 39. Imperij sui fanaticorũ more animam infelicissimè efflauerit Nicephor. vt supra. Cuius vitæ, & imperij hanc habe summam.

Creatur Imperator anno Dom. 527. Aetatis suæ 45. Moritur ann. Dom. 566. suæ verò Aetatis 84. Regnat annos 39. Cuius tempore Diui Petri Cathedram rexerunt Bonifacius Secundus, Ioannes Secundus, Sanctus Agapetus, Sanctus Siluerius, Vigilius. Pelagius, & Ioan. Tertius.

F I N I S.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

IN EPISTOLAM D. IVSTINIANI IMPERATORIS CVPIDÆ LEGVM IVVENTVTI INSCRIPTAM COMMENTARIVS.



VT instituti nostri vtilitas in fronte operis se se prodat; iuuat proœmiũ hoc, seu (ex mea sententia) epistolam in ordinem mox in omni dogmate seruãdum redigere. Ita vt quatuor pro eius explicatione perpendenda sint.

Cap. 1. Quis scribat.
Cap. 2. Cui scribat.
Cap. 3. Qua causa.
Cap. 4. Quid.

Cap. 1. Quod respicit primũ caput, iure quærendum, quis scribat. Id enim moris in omni epistola seruatur. Sed facile tyroni satisfactum apparet, cum ex inscriptione liqueat, Imperatorẽ Cæsarem Flauium Iustinianum scribere. Quis fuerit Iustinianus in confesso est ex supra recensita à me vita. Sed in hoc primo vado fit locus dubitationibus.

Ob. 1. Obstat primo Cæsaris, & Flauij cognomina videri perperam posita. Vtrumq; Romanum nomen. Illud primi illius Principis qui Romanũ Imperium adeptus est designat, idest Iulij Cæsaris ita dicti; non à cæso matris vtero vt vulgi error est, à patre Cæsare. Id patet ex Trãquillo De põtific. ipsius, vbi matrem exosculatum esse ait. *Cæsar vnde dictus*

Hoc Vespasiani stemma innuit è Flauiorũ genere natalitia ducentis. Si vtrumque Romanum: quid est cur affingatur Iustiniano Byzantij, & Constantinopoli imperanti?

Ob. 2. Obst. 2. loco nomina illa Alemanici, Gothici, Francici, &c. præter Vandalicum, & Affri-

Affricanum extrinsecus videri adindita. Etenim auctore Baronio annal.pag.139.tit. 6. nullum fuit cum alijs nationibus Iustiniano certamē. Sed vt conquiescat tyro, & planè intelligat satius insinuari veritatem per obiectiones, consideret quantum lucis afferat resolutio contrariorum.

Ob. 1. Ad primum respondetur Cæsaris nomen præpositum Iustiniano, quòd antiquitus Cæsares quasi principū filij, & designatæ Augustę maiestatis hæredes essent. Ita Spartianus in Aelio Vero. Ita Iustinianus cum in locum Iustini patris adoptiui imperium suffectus esset; vt in vita dictum est; Cæsar est appellatus. Ita sensit Mynsingerus. Cæterum ex Iustiniani cōstitutione nouell.30. liquet alia ratione Iustiniano Cęsaris nomen inditum. Nam ipse ait. Cum carissimo nobis Cæsare eiusdem cognominis, qui summo orbis terrarum arbitrio, quod nos obtinemus bonum dedit principium. qua etiam de causa apud omnes terræ populos nominatissimū nomen Cæsaris est, & nos præter omnes alias imperatoriæ maiestatis notas eo gloriamur. Quinimò omnes adoptabantur in nomen Cæsarū Auson. de cæsarib. Flauij verò cognomētum qua ratione datū sit Iustiniano magis est in incerto. Accursius ob deuictos Flauios. Plerique interpretum à gentilitate Vespasiani ex gente Flauia. Eius sum mentis, Iustiniano hoc prænominis adinditū, quòd quinque Principes constantinopolitani eum in imperio præcedentes vsurpassent. Quales fuerūt Flau. Valerius Flau. Leo Valerius Flau. Val. Anastas. & Flau. Valerius Iustinus Iustiniani Auunculus.

Ad secundum respōdetur Baronium ita sentire; videlicet præter Alemanici, & Affricani alia nomina non conuenire, sed temerè operarum licentia esse adiudicata. Balduinus tamen, & alij interpretes ob profligatas hasce nationes sibi ea nomina demeruisse, testantur. Quicquid sit non repugno, sed in hoc sit legentium iudicium. Certè tamen constat, pleraque ex ijs cognomina agestis ipsius Iustiniani assumpta.

Quod respicit secundum

Cap. 2. caput Imperator Cæsar Flau. Iustinianus, &c. Cupidæ legum iuuentuti scribit. Idest illi duntaxat cui votum est legum scientiam addiscere. Iuuentuti autem, non etiam iurisperitis, quia totius iuris sunt prima elementa, vt ideo dicetur. Hæc itaque epistola ab Imperatore exaratur; ab eo in cuius pectoris penetrali omnia penitus iura delitescunt, vt not. D.d.in l. 1. ff. de constit. princip. Ab iuris vniuersi conditore.l.21.C.de veter. iur. enucl. Ad subiectos mittitur, & iuuenes, ab omni iuris cognitione vacuos ad iuris cognitionē affectantes. Hinc liquet, huius epistolę partes serias esse debere; dogmate plenas; dignitatem redolentes, quemadmodum in capite nouissimo videre est.

Cap. 3. Quoad tertium de causa. Multiplex esse videtur, quam ita dispertior in communem, & propriam; & rursus propriam metior vel
Ex persona scribentis, vel
Ex ijs quibus scribitur.

Communis causa est communi, vulgarique ratione impellens: & ea est, de qua vniuersi penè iurisconsulti in huius operis initio differunt. Nè scilicet illotis manibus iuris aggrediamur tractationem, idest sine vlla præfatione, vt Caius in l.1.de orig.iur.interprætatur. Communis quoque causa est, quam à Platone mutuatus est Iustinianus: aiente illo, Legislatoris tres esse partes. Proęmium, legem, & sanctionē. Ita huius epistolæ tria membra deprehenduntur. *Legis latoris munus.*
Proæmium in tertium vsque paragraphū, quo suum Imperator studium cōmendat. Legis latio in §. penult. Sanctio demum in nouissimo.

Propriam causam perpendo, vel ex persona scribentis, vel iuuentutis, cui scribitur.

Propria causa ex persona scribentis, quæ impulit Iustinianum fuit, vt non tantum sibi, quantum ijs, quorum opera in institutionibus componendis vsus fuit, gloriam compararet. Patet ex §. itaque hoc Deo, &c. ibi *Viris illustribus antecessoribus nostris, quorum omnium solertiam, & legum scientiam & cæt.*

Propria vero intuitu iuuētutis, vt beneficium Iustiniano, & institutionū architectis

acceptum referant. ibi nõ ab antiquis fabulis discere; sed ab imperiali splendore appetere, vt eos facilitate polliciat, ibi, *quod priore tempore vix post quadriennium contingebat &c.* Demum vt iuris periti euadant quorum nu merum Reipub. interest augeri, vt rectæ administrationis ratio constet pluribus; ibi *ingredimini, & ibi summa*.

Cap. 4. Quoad quartum quid scribat Iustinianus facile est nosse ex contextu ipsius epistolæ vbi hæc quatuor præstat.

Primò scribit, Imperatorẽ arma, & leges decere, & se vtrumque adeptum esse.

Secundo, qua ratione id assequutus sit.

Tertio, quid resultet ex eo emolumenti.

Quarto vtilitate præsignata spem facit, & animos addit iuuentuti, vt legum studijs im pendant, & præmium polliceatur.

Dispiciamus hæc omnia, quam breuiter.

Primum dictum in fronte epistolæ reponitur, ibi *non solum armis decoratam*, sed etiã *legibus armatam*; ratio est, *vt vtrumque tempus, & bellorum, & pacis rectè possit gubernari*. Auctore enim Aristotele polit. lib. 1. cap. 3. ciuilis vita in bellorum, & pacis opportunitates diuisa est, & lib. 7. cap. 14. omnis vita inquit in duas partes diuisa est, in ne gotium, & otium, in bellum, & pacem, & Romulus diuisit populum suum, vt 100. consilijs præessent, 1000. armis vrbem defenderent. Seruius ad 6. Aen. Arma itaque Principem decent, vt vis perditorum hominum bellum coerceatur, & impetu hostili grassante imperium seruetur incolume. Decent leges, vt sua munia quisque, tam domi, quam foris, tam in otio, quam in negotio teneant, & intra æquitatis præscriptũ se quisque contineat. Vtrumque se nactum asseuerat Imperator in §. secundo, ibi quorum vtramque viam. Videamus quomodo viam armorũ perfecerit, inde quomodo viam legum.

Armorum viam diuina virgula impleuit vigilijs, & prouidentia. Prouidentia armorum est vigilia, & religio legum, l. vnum ex familia 69. §. vlt. cum Glos. ff. de legat. 2. Sed vtrumque in vtroque

expe-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

expedit. Ex hisce multas sibi peperit victorias, quemadmodum Africa, & aliæ innumeræ prouinciæ palam testantur. *Intellectus §. quorum vtrãque viam.* Nam dum ouans Imperator triumphum referebat confecto iugo ex tribus hastis duabus fixis, & alia in transuersum eis alligata, prouinciȩ depictæ sub illo iugo vna cũ gente captiua transire cogebantur Pier. Valer. in Hyerogli. vbi de hasta, ideo Imperator ait, *sub iuga nostra deducta cognoscunt*. Legum quoque viam aspirante diuino numine perfecit, nam opus (vt Imperator ait) desperatum cœlesti fauore adimpleuit.

Opus quidem desperatum ea ratione fuisse, notãt interpretes, quia vniuersa iurisprudentia in duo millia librorum, & tricies cẽtena millia versuum propagata erat. Sed sit locus dubitationi.

Ob. 1. Obstat nostra memoria libros quinquaginta digestorum; si versus reuocentur ad calculum longe numerũ exuberare voluminum antiquæ iurisprudentiæ, idest tricies centena millia versuum, ideo male Iustinianus ait, ea ratione fuisse opus desperatum. Respondet Accursius in d. §. quorum vtramque viam, in verbo ad immẽsa, versus pro legibus, vel pro paragraphis esse vsurpata, de ratione ne verbum quidem. Nobis curȩ est in studiosorum, & veteris memoriæ cupidos hoc aperire ex Lipsio in cẽturia miscel. epist. 39. *Intellectus ad §. quorum vtramque.* Veteribus solenne fuit partiri libros per versus, & curiosè librarios subnotare: Quod veteris esse instituti Asconius Pedianus auctumat. Nam in comment. Ciceronis cũ verba citat, & aduocat versus inquit à primo 850. itẽ versu circiter 811. Galenus quoque Lici cuiusdam commentarium se legisse dicit, adeo prolixum, vt quinque millia versuum contineret. Diuus quoque Hyeron. ad Damasum Episcopũ ait. Quos mihi iampridẽ dederas Lactantij libros, ideo non libenter lego quia, & plurimæ epistolȩ in eis vsque ad mille spatia versum tenduntur. Quibus auctoritatibus liquet priscos viros libros, & volumina in versus diuidere, perpetuaq; linea in omni libro reperienda versus, veluti nos quibusdam inter punctis periodum signare. De qua re Isidorus sic. Quædam no-

no-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

nomina librorum, apud antiquos certis modulis conficiebantur; breuiore forma carmina, atque epistolæ, at vero hystoriæ maiori modulo scribebantur.

Summa rei sit, geminam in hac re sententiam reperiri. Altera est D. Hyeromini qui per cola, & commata traslationem suam digessisse censetur, vt fratrum simplicitati consuleret; quemadmodum etiam nostra memoria Biblia sacra visuntur, & per commata diuisa leguntur, quæ versus dicuntur: Ita priscos factitasse dicendum est. Altera Lipsij aietis, Ciceronem, Liuium, & tales non nisi diuisos per orationes habemus, aut libros; & longum, nec promptum est in totis his aliquid quærere, aut facile, aut obuium, ni versus per numeros designetur; quoniam in Virgilio Erithreus præstitit ad faciliorem indaginem. Et in hoc sensu antiquitas omnes libros per versus digessit, idest per numeros partita est. Hoc ex legum capitibus compertum fit suis numeris præfinitis, quos numeros versus appellari mos fuit. Hinc apparet cur tricies centena millia versuum opus fuerit desperatum, cum versus pro legibus, seu numeris leges distinguentibus vsurparentur, vt innuit Accursius, licet rationem non attinxerit.

Ex hisce rebus, ita compositis quatuor resultant emolumenta.

Primum, iussu Imperatoris totum pandectarum opus in luculentam erectum consonantiam per tres viros prudentes in Elenchũ redactum, vnde institutiones compositę sunt, ita ab instituendo dictæ. l. medicos, C. de profess. & medic. libro 10. §. itaque in proœm. digest. & ab institutis differunt; quod instituta mores sunt consilio, & ratione instituti; institutiones vero præceptiones quibus instruũtur, & docentur homines.

Secundum est emolumentũ, iuuenes primordia legum non amplius ab antiquis fabulis mutuari, sed ab imperiali splendore appetere. Ita Iustinianus in §. cumque hoc Deo hic.

Antiquas fabulas quidam interpretantur leges abrogatas, & ab vsu, Reque publica reiectas, quarum nõ alius est vsus, quàm qui fabularũ esse

ſolet, ideſt infructuoſa quędã oblectatio in audiendo. Velut mea fert opinio, dixit ab antiquis fabulis; quia veteres legũlatores in Deos conuerſos fabulata eſt antiquitas. Draco enim in Mineruã. Trimegiſtus in Mercurium. Minos in Iouem, & alij in alia Numina veteri ſuperſtitione, & irritis votis abiere Rodigin.lib.10. cap.19. Ideo Imperator ait iuuentuti facultatem eſſe, leges hauriendi non ab antiquis fabulis, ideſt antiquis iuris fabuloſis per notiſſ. figuram, ſed ab imperiali ſplendore, &c. Pręterea antiquæ fabulæ poſſent videri primæ. ll. quas commẽtus eſt ab Egeria Dea ſe accepiſſe Numa Pompilius ſecundus Rex. quas quia Sext. Papirius digeſſit ius Papirianum vocabant l.2.§ 3. de orig.iur. Seruius ſub fin.6. Aeneid.

Intellectus §. tũque Deo, &c.

Tertium emolumẽtum eſt in via legalis diſciplinæ progreſſus iuuentutis tẽpeſtiuus, & frugalis. Olim nõ niſi quarto ab huius diſciplinę inſtitutæ anno Imperatorum conſtitutiones legebantur, vt patet ex proæm. digeſtorum §. diſcipuli; ideſt primus Codex imperialibus refertus conſtitutionibus, vt Aldobran. not. hodie primo anno iuris candidatis inſtitutiones legendæ proponuntur.

Nouiſſimũ eſt emolumentum ex hiſce inſtitutionibus breuiter tyronibus ius, & mores antiquorum innoteſcere: quicquid abrogatũ eſt: quicquid hodie confirmatum, & in vſu. §. igitur hic §. 1. inſ. de teſtam. ibi ſed vt nihil antiquitatis penitus ignoretur.

Vtilitate præſignata ſpe præmij, & virtutis ergo iuuentutem excitat, & ad legum præcepta capeſſenda impellit, & inquit ſumma, itaque ope, & alacri ſtudio, &c.

Hæc pro Epiſtola.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

IN TITVLVM PRIMVM DE IVSTITIA, ET IVRE.



Rincipis huiusce tituli terminos hac partita cōsideratione attinget tyro: considerando.

Quid Iustitia sit. Cap. I.

IVstitia est cōstans, & perpetua voluntas ius suum vnicuique tribuendi. Ita Imper. hic, & Vlpian. in l. 10. ff. eod. est text. in l. bona fides, 31. §. si totius, ff. deposit. cap. si seculi 12. q. 2. cap. fortitudo 23. q. 3. Tull. lib. 2. de inuent. & lib. 5. de finibus ait, iustitia est animi affectio suum cuiq; tribuens, & societatem coniunctionis humanæ munificè, & æquè tuens. Aristot. Moral. libro quinto, ait iustitia est habitus per quem homines disponuntur ad agēdum, & per quem agunt res iustas. Conn. iur. ciu. lib. 1. cap. 3. num. 7. Franc. Baldui. hic Confirmat D. Augustinus de Ciuita. Dei c. 21. Gregorius Nissen. orat. 4. de beatitudine. Diuus Thomas 2. secundæ art. 2.

Dicitur *voluntas*, quo verbo significatur eā habere actū voluntarium ex electione, quod est de ratione virtutis, Arist. lib. 2. æthic. cap. 4. Vnde ista prædicatio iustitia est voluntas, &c. non est identica, sed causalis; nam iustitia est habitus actum voluntatis efficiens. Ita Diu. Augustinus tract. 79. in Ioannē Fidei virtutem per actum definiuit inquiēs. Fides est credere quod non vides.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

Verba autem *conſtans, & perpetua*, deſignant conuenire iuſtitiæ alias duas condictiones habitus virtutis, nempè habere actum firmum, & non vacillantem, Ariſt. lib. 2. æthicor. cap. 4. & in qualibet materia eumdem ſequi tenorem operandi iuſtè, quo voluntas dicitur perpetua.

Demum verba, *ius ſuum vnicuique*, *&c.* proprium innuunt iuſtitiæ obiectum, ideſt ius, quod æqualitatem ſignificat, quemadmodum videbitur, cum de iure tractabitur. Re ita firmata; ſtudioſi tamen animus non conquieuit, niſi propoſitis quibuſdam obiectis, veritas tanquam fulgor ex fumo eruatur. Ideo nobis curæ erit ſingillatim ferè in vnoquoque capite dogmatis firmati aſſequi per obiecta rationem.

Ob. 1. Obſtat igitur primo loco, iuſtitiam non eſſe cōſtantem voluntatem. Nam quæ ſæpè variant, & eundem ſtatū, non habent, non ſunt conſtantia; Sed voluntas eſt talis ergo non eſt conſtans. Aſſumptum vnicuique leuitatém voluntatis humanę conſideranti liquebit auth. de non alien. aut permut. §. vt autem, &c.

Reſponde, & nota tyro, dum iuſtitia dicitur voluntas, ideſt in voluntate, & ita eſſe in appetitu intellectiuo dicitur, nam voluntas eſt appetitus ſequens intellectum; nam ſi ſequeretur ſenſum verſaretur in appetitu ſenſitiuo, & eſſet communis alijs animantibus, ſed cum ſit in intellectiuo, eſt cum diſcurſu, & ratione, & æqualitate ad alios. Nec obſtat mente varium, & hinc inde inclinantem ſapientem, & iuſtum, cum ſortiatur per accidens: accidentia autem mentis habitum nō ſubuertunt Ariſt. lib. 5. æthic. vbi not. ita intelligis verbū illud perpetua ſtare minus propriè vt in lege vnic. C. de his qu morb. ſe excuſ. & in §. item propter 4. de excuſat. tut. in quibus locis perpetuus morbus dicitur, quod diutinus ſit, & nullo interſtitio bonæ valetudinis leuatus; Ita mens perpetua, quia dum vir in humanis eſt vnicuique expetit ſuum tribuere. Obſerua.

Obijcitur ſecundo loco iuſtitiam non poſſe dare cuique ſuum. Nam nemo dat quod non habet, & quod noſtrum eſt amplius noſtrum fieri nequit, vel dari ab alio. Igitur Ob. 2.

Iu-

Iustitia nil de suo impertiri potest, quia nihil habet, & quod iam est alterius dare illi ambitiosum est.

Responde faciliter; tamen hac via percipis apertissime, qui sit sensus verborum *ius suum, &c.* quæ in ambiguum sensum implicantur, ius pro merito, seu debito vsurpatur; *suum* nõ quod sit in patrimonio eius, cui datur, sed ipsi competat. *Dare*, non sicuti damus alicui, quod nostrũ est, vt eius fiat cap. si seculi 12. q. 2. nam Iustitia nihil dat, sed dare pro assignare, seu decernere, &c.

Ob. 3. Obstat tertio notatio Bart. in l. bona fides 31. ff. deposit. &c. videlicet dare vnicuique quod suum est iniustitiã posse appellari intuitu iuris gent. & ciuilis, ergo malè, dum ita Imperator definiuit Iustitiam. Antecedens patet, quia si petam rem meam ab aliquo pręscriptam, vel vsucaptã, quamuis respectu naturę adhuc sim rei dominus, vt not. glos. in c. 2. prima distin. & Dd. in tit. 1. de vsucap. Attamen si iudex det mihi, quod meum est erit iniustitia.

Responde multa auctis hominibus, & conditis vrbibus inducta esse ad pacem tuendam, & ad strepitus iudiciorum declinandos cõtra rationem naturalem, vt est præscriptio; Merito non dicitur meũ, quod me nõ reclamante præscriptum fuit; nã nulla actione id petendi ius est, ideo I. C. in d. l. bona fides ait, *Ea est Iustitia, quæ suum cuique tribuit, vt non distrahatur ab vllius personæ iustiore petitione.*

Objicitur quarto loco hãc Iustitiæ definitionẽ traditam esse per vnicum actum iustitiæ; nempè tribuendi suũ, cùm tamen ad eam pertineat neminem lædere, &c. Ob. 4.

Responde. Ille actus tribuendi non solum ex forma iustitiæ commutatiuæ, & distributiuę intelligitur, sed etiã annexa est ei omissio contrarij actus iniuriam inferendi. Siquidem eiusdem est virtutis facere bonum in materia sua propria, & abstinere à malo contrario. Vnde Vlp. vt hoc ipsum aperiret post traditam iustitiæ definitionem, subiunxit. Iuris præcepta sunt honestè viuere, &c. Sot. de iust. quæst. 2. Obserua.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

Vnde dicta Iuſtitia.
Cap. II.

IVſtitiam Iſidorus vult dictum eſſe ab iuris ſtatu, nec me latet carpi à Maioragio, Miſcell.lib.4.cap.1. Nec non Franciſcum Connanum comment. iur. ciuil. libro 1. cap.2. & Agricolam libro 1. de inuent.dialetic. varias pro ingeniorum amenitate notationes excogitauiſſe. Cæterùm breuitati feſtinanti conſilium fuit tantorum virorum rationes reliquas facere, & meum quale, quale fuerit iudicium Iſidoro ſubſignando proferre.

Noua obſeruatio. Comperio veterum moris fuiſſe plura verba, natura ſimplicia, & integra in compoſitione mutare, quod triplici ratione factum obſeruo. Vel per adiectionem, nam ex verbo teſtamen, armamen, in cõpoſitione teſtamentum, armamentum dicitur, vt reperire eſt pęnes priſcos. Vel per detractionem, vt in homine occiſo in compoſitione homicidium, parricidinm, &c.

Vel per genus, & literarum inuerſionem, vt in verbo ſtatio, in compoſitione dicitur ſtitio. Quod nouum non videbitur in literis verſato; quando olli pro illi terrai pro terra veteres dixerint. Stitia igitur pro verbo ſtatio in compoſitione dictum fuit, & ius pro iuris integro verbo hinc Iuſtitia, & Iuſtitium, lætitia &c.

Deducitur, itaque Iuſtitia ab iuris ſtatione, ſeu ſtatu, vt Iſidori mens fuit ex ea reguia, quæ in homicidio reperitur pro homine occiſo. Ita iuſtitium quaſi iuris ſtatus dicitur teſte Budeo, quaſi ob publicum merorem ius ſtet, & ceſſet. Ita interſtitium quaſi interim ſtatio, ſeu intermiſſio. Gell.lib.20.cap.1.

Quotuplex Iuſtitia ſit.
Cap. III.

SVmma iuſtitię partitio eſt in vniuerſalem, & particularem, vniuerſalis eſt obedientia erga omnes leges, omniumque honeſtarum actionum ſtudium. Balduin.in annot.ad hunc tit. Connanus vero lib. 1.cap.7.num.7.ita eam definiuit. Eſt affectio animi, qua apti ſumus ad res iuſtas gerendas, quaque res iuſtas facimus, & volumus facere.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

De hac verba facit Aristot. libro quinto, Aeth. capitulo primo, & ibi Eustrat. qui hanc virtutem totam dicit, immo virtutum præclarissimam. Hanc Diuus Hyeronimus in cap. fortitudo 23. quæst. 3. plenam iustitiam nuncupat, ad quam spectat omnia præstare, quæ à facultate ferendarum legum proficiscuntur. Omne enim, quod lege iubetur iustũ dicitur. Ipsæ autem leges circa omnia disponunt ad commune emolumentum, præcipit lex ea agere, quę viri fortis sunt, non deserere locũ in acie, non fugere, non abijcere arma, d. c. fortitudo. Pręcipit ea, quę sunt temperantis adulterium non perpetrare, sine probro viuere. Rursus ea, quæ sum mansueti, non pulsare, non vti conuicijs, & in cæteris itidem virtutibus, alia iubens, alia vetans? Quibus in confesso est vniuersalem iustitiam reliquarum architectonicam esse totamque præclarissimam omnium Reginam. Qui enim aliqua nitescit virtute iustus est appellandus illius virtutis consideratione. Sed de hac nullum verbum in tit. nostro. Particularis vna certa species est virtutis iniuriæ contraria, & est ad aliud cuius finis est seruare æquitatem circa omnes priuatim, quod etiam non bonus vir facere posset, qui iuris peritus sit. Et in hoc constat differentia ab illa vniuersali bonum virum omnibus numeris absolutum exigente.

De qua Iustitia loquatur Imp. Cap. IV.

SI Iustitia vniuersalis non versatur in consideratione iurisconsulti consequens est, iustitiam particularem locum in iure nostro occupare. Itaque diffinitio supra tradita huic vni aptanda est. Quæ quidem particularis iustitia, cum sit ad aliud, & priuatim actiones metiatur necesse est in duo capita distribui. Aliquando commutationes hominum respicit, & pretium præponderans, & commutatiua appellatur, quę proportionem habet arithmeticam, non personarum qualitates sibi ponens ob oculos, sed lucrum, & damnum. Aliquando pœnas infligit, & honores decernit, & tũc quia par est hominem ab homine secerni, & patricium à ple-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

beio, ideo diſtributiua dicitur proportioni Geometricæ accommodata, quæ perſonarum qualitates, quibus fit diſtributio perpendit; ita, vt qui minori fulget dignitate minus accipiat, & è conuerſo.

Hactenus de iuſtitia, & eius partibus, & ita prima tituli pars impleta: reſtat ſecunda de iure; nam titulus inſcribitur, De iuſtitia, & iure.

Quid ſit ius. Cap. V.

IVs definitur à Celſo Iuriſconſulto in l. prima, ff. de iuſtit. & iur. vt ſit ars boni, & æqui, cuius meritò, quis nos ſacerdotes appellet: iuſtitiam namque colimus, & boni, & æqui notitiam profitemur æquũ ab iniquo diſcernentes licitum ab illicito, &c.

Obſtat primo Iuſtinianum ſibi non conſtare; nam ſi in tituli inſcriptione pollicitus fuit agere de iuſtitia, inde de iure, cur illico poſt iuſtitiam agit de iuriſprudentia?

Reſpõde Iuſtinianum non defeciſſe, imò amantius Celſo iuris cõſuluiſſe tyronibus. Conſiderauit Imperator iuris multiplicem acceptionem eſſe, l. vlt. ff. eod. cap. 2. prima diſtinct.

Meritò ne variæ ſignificationis inuolucris irretirentur adoleſcentes ipſis aperuit ius in ea ſignificatione, in qua hoc in loco accipiendum eſt, ideſt pro iuris dogmate, ſeu prudentia iuris, vt conſonant ſcribentes omnes. Ideo ait iuriſprudentia eſt diuinarum, atque humanarum rerum, &cæt. §. *Iuris prudentia.*

Obſtat ſecundo. Vel Iuſtinianus de eo iure loquitur, quòd à Celſo definitur ars boni, & æqui, vel de alio. Vtroque modo perperã egit. Nam ſi de eo, de quo Celſus egit, cur diuerſo hic traditur inſtituto? Ibi ars boni, & æqui, hic diuinarum, atque humanarũ rerum notitia. Si de alio male, quia titulus iſte deſumptus eſt ab eo, qui radiat in pandectis. Ideo vterque conſonare debet. *Ob. 2.*

Reſponde eſſe ius vnum, & idem ab Imperatore, & Celſo definitum, ſed Celſo curæ non fuiſſe rem, tam luculenter enarrare, quemadmodum Iuſtiniano tyronibus ſcripturo. Hinc ille verborum circuitu *Obſerua.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

vtitur: hic in ſua ſignificatione rem ediſſerit. Ideo ſi verba Celſi ad veriiudicij libram expendantur ſub ſenſum cadunt Iuſtiniani breuiori periodo concludentis quiquid fuſius per iuriſconſultum traditum eſt. Verba diuinarum, & humanarum rerum notitia conſonant cum illis ars boni, & æqui, cuius meritò quis nos ſacerdotes appellet. Nam iura in ſacris reponuntur, vt not. ibi gloſ. & ſacra diuina ſunt, §. ſacræ iuncto, §. nullius, infra de re. diuiſ. Ideo cũ diuina calleant iuriſconſulti ſacerdotes appellantur. Verba vero iuſtitiam colimus æquum ab iniquo licitum ab illicito diſcernentes illud, idem innuunt, quod Imperator hic iuſti, atque iniuſti ſcientia.

Vnde Ius dictum. *Cap. VI.*

IVs in capitulo ſecundo, prima diſtinc. Iſidori auctoritate dictum videtur, quod iuſtum ſit per apocopen. ideſt per amputationem vltimę ſillabæ: Ius enim eſt medium, & obiectum iuſtitiæ. Alij deriuatum putãt à verbo iubeo, quaſi iuſſio, vel iuſſus ſuperioris. Nam nil aliud cenſetur ius, quam quod Deus, natura, populus gens, ciuitas, conſuetudo princeps iubet, iuſſit atque iubebit in vſum vniuerſi. Quicquid tamen ſit, ſeu à iuſto, ſeu iubeo deriuetur ius plura refragari videntur.

Obſtat primo prius videbatur agendum de iure, & inde de iuſtitia; quoniam in pandectis, & D. Thomas, & alij obſeruarunt. *Ob. 1.*

Reſponde, & obſerua ſumma prudentia hoc factum eſſe ab Imperatore. Nam, aut conſideratur obiectum ipſius iuſtitiæ per ſe, vt eſt ius, & ita eſt prius, & principe loco de eo quærendum eſt, ita D. Thomas, & I. C. in pandectis conſiderauerũt ius ſecundum ſe, ſed hoc nimis acutè. Iuſtinianus verò faciliori via perpendit reliquas virtutes morales, in quibus prius agitur deipſis, quam de obiectis ipſarum. Ideo hoc dogma ſequutus prius de iuſtitia egit, poſtea de iure. *Obſerua.*

Obſtat ſecundo, l. 1. ff. de nou. oper. nuncia. in verbis, *ſiue iure, ſiue iniuria.* Ex quibus elicitur etiam ex iniuſta *Ob. 2.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

iussione ius oriri. Igitur non omne ius est iustum.

Responde, & solue, vt soluit Paulus in l. penult. ff. de iustit. &c. qui ait. Prætor quoque ius reddere dicitur etiam cum iniquè decernit; relatione. s. facta non ad id quod Prętor, ita fecit, sed ad illud, quod Prætorem facere conuenit. Itaque quicquid lege præcipitur ius appellatur habita ratione eius, quod fieri debuit, non quod factum est.

Ob. 3. Obstat tertio ex iniquo ius oriri; nam iniquum est quempiam locupletem fieri cum aliena iactura, l. nam hoc, ff. de conditio. indebi. & tamen ex hac iniquitate ius vsucapionis inoleuit, vt not. gloss. & plura alia exempla congerit in dicto capitulo secundo, prima distin.

Responde cum eadem glo. licèt iniquum sit locupletari, cum alterius iactura; attamen iniqua non est vsucapio ratione publicæ pacis excogitata, & tumultuum sedandorum, & vt res suos agnoscerent dominos. Hac enim necessitate ingruente paulum ab æquitate naturali descitum est, non tamen iniquè, sed piè, & vt publico pacis emolumento consuleretur.

Quæ sint præcepta Iuris.
Cap. VII.

TRia sunt iuris pręcepta. Honestè viuere, alterũ non lædere, ius suum vnicuique tribuere, §. iuris præcepta hoc titulo, l. iustit. 10. ff. eod. *§. Iuris præcepta.*

Obstat primo posito principe huius paragraphi præceptorum reliqua posita censentur. Qui honestè viuit, idest ex præscripto legum, & morum per consequens neminẽ lędit, & ius suum cuique tribuit. Igitur ambitiosè tria colliguntur præcepta si vnicum explicat omnia.

Responde singula præcepta statum viri alicuius particulariter designare. *Obserua.* Aut enim homo per se consideratur exemptus à commercio humano, & vitæ honestas ei competit. Vnicuique hoc suasum est à natura, vt rationalitas à feritate secernatur. Aut homo consideratur in cętu, & in societate, & tũc fit locus secundæ præceptioni alterum non lædere. Demum, si in iurisdictione, in magistratu,

& æquè propriè venit tertiũ præceptum, ius suum vnicuique tribuere.

Secũdo loco responde hęc præcepta tripertitè collecta ius tripertitum respicere. Pręceptum honestè viuendi magis proprium est iuris naturalis, vt supradiximus. Alterum non lædendi cõpetit iuri gentium: nam ex quo gentes propagatæ fuerunt iniuria exarsit, & per consequens præceptum hoc iniuriæ medela, vel prohibitio argumen. l. vt vim hoc tit. Tertium præceptum magis proprium est iuris ciuilis: nam cum ciuitates conditæ fuerunt ius reddi cepit, & ius suum vnicuiq; tribui iussum est.

Ob. 2. Obstat secundo loco vera præcepta iuris partim imperant partim vetãt, partim permittunt, partim puniunt. l. legis virtus, 7. ff. de legibus. Sed hæc præcepta ab Imperatore tradita imperant tantum honestè viuere, & ius suum vnicuique tribuere, & vetant alios lædere, de reliquis officijs nullum verbum ergo mutila, vel malè posita.

Nota. Responde, & nota, alia esse præcepta iuris nat. gent. & ciu. in vniuersum: alia esse officia legis particularis. Nam in l. legis virtus dicitur, aliam legem imperare; vetare aliã, aliam punire, aliam permittere. Hæc virtus, hæc munia legum. Vnica lex omnia hæc præstare non potest. Imperator noster agit de iure disponente non adhuc in supposito rei dispositæ; ita in vniuersũ; lex contraria in specie.

Quotuplex ius. Cap. VIII.

IVs est aliud publicũ, aliud priuatum, §. huius studij hoc li. §. 1. ff. eod. cap. ius publicum, & seq. prima distinct. Publicum dicitur, quod ad statum rei Romanæ spectat, & consistit in sacris, & sacerdotibus, & magistratibus prędic. iur. & not. scribentes passim. Ius verò priuatum est, quod ad priuatorum spectat vtilitatem, vt in tex. &c. §. huius studij.

Obstat primo ius publicũ non debere dici, quod ad statũ rei Romanæ spectat, quod consistit in sacerdotibus, &c. nam sacerdotes quoque erant iure gentium constituti, nec non sacra. Alciat. lib. secundo, parerg. cap. 35. ergo malè, &c. Ob. 1.

Responde ex mente ipsius.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

Alciati, publicum ius hoc in loco accipi pro eo duntaxat, quod ad statum rei Romanæ spectat l.bona ciuitatis, 15.ff. de verb.signif. Quę enim alijs gentibus sunt publica pro priuatis habentur. At sacra po. Rom. ad eum tantum pertinebant, nec cum cæteris gentibus erant communia Traia. ad Plinium, solum, inquit, peregrinæ ciuitatis capax non est eius dedicationis, quæ iure nostro fit, ideo sacra sunt iuris publici non gentium, & publicum ius est constituere sacrum, creare magistratum, sacerdotem, &c.

Ob.2. Obstat secundo insufficiẽs est hæc diuisio: nã infra multipliciter diuiditur ius in naturale gent. & ciu. in scriptũ, & non scriptum; In legem, plebiscitum, &c. ergo malè, quia hìc significatur geminam esse iuris partitionem, & non aliam.

Noua distinctio. Responde, & nota diligenter totum ius quadrifariã diuidi ab Imperatore iuxta normam causarũ effic. mat. form. & fin. Hoc in loco partitur ius intuitu finis, seu causæ finalis; nam publica, vel priuata disponit; scopus, in quem collimant institutionum architecti, est priuatum ius. In princ. tit. qui mox sequetur partitur ius ex materia, nam vt in loco aperietur ea, quæ sunt indita à natura, vel à gentibus excogitata, vel sancita à ciuili iure, iuris materies esse dicuntur. In §. constat autem diuidit ratione formę; nam lex scripta, & non scripta, & consuetudo ad instar iuris non scripti constituũt diuersitatem in forma iuris. Demum in §. lex plebiscitum, &c. ab efficiente. Nã lex est, quod populus senatorio magistratu interrogante constituebat. Ecce hic exponitur populus, & consul tanquam efficientes ius. Ita plebiscitum est quod plebs plebeio magistratu interrogãte, veluti tribuno constituebat. Senatusconsultum, &c. enarrantur omnes personæ ius efficientes. Ideo optimè Imperator noster, dum ab vna ex hisce causis orditur, vt mox pergat in partitione aliarum.

De quo iure loquatur Imperator. Cap. IX. & vlt.

§. huius studij. IN §. huius studij pollicetur Imperator se acturum de iure priuato, quod tripertitè collectũ esse ait, not. Accurs

in l. 1. §. huius studij, ff. eodem cum scribentium schola vniuersa.

Ob. 1. Obst. primo loco, in libris institutionum agitur de matrimonijs, de tutelis, de publicis iudicijs, &c. quæ omnia sunt publica, ergo malè dum ait, se acturum de iure priuato.

Ob. 2. Obst. secundo loco in Pandectis, vnde institutionum libri mutuati sunt, agitur de iure fisci, de magistratibus, & in Codice de sacris, & sacerdotibus, quæ publica sunt. Igitur decebat Imperatorem hic agere de iure etiam publico.

Responsiones aperient tyroni intellectum, & insinuabũt efficaciter cur de iure priuato agat Imperator, & quomodo eius dictum accipiendum sit igitur.

Ius publicum gemino modo. Responde ad primum matrimonia, tutelas, & aliá huiusmodi publica dici per approbationem, quia conducũt Reipublicę; sed in suo esse sũt priuata, & moderantur res, & affectus priuatorũ. publicum autem verè, & propriè est constituere, vel facere aliquid solidè publicum, vt in solutione 2. argumenti dicetur.

Responde ad secundum, & distingue ex norma D. Cyni. mei conciuis in l. 1. ff. eodem num. 17. Bifariam accipi ius publicũ primo modo, vt continet totius populi emolumẽtum principaliter, & secundo loco singulorũ vtilitatem, vt habere sacra sacerdotes, & cæt.

Secundo modo accipitur ius publicum, quod pertinet ad vtilitatem fisci, & hoc prodest fisco, & singulis fiscum administrantibus duntaxat, & ideo tale ius dicitur priuatum respectu illius publici publicam vtilitatem respicientis. Quare sicuti ius circa venditiones, emptiones, &c. disponens dicitur priuatum; ita est illud de vectigal. de tributis, &c. agens priuati nomen habet intuitu istius publici publicum emolumentum in quolibet peculiari casu respicientis; quamuis alio intuitu possit ius publicum appellari. Ideo quando Imperator ait, se acturũ de iure priuato exponet priuatum, quod ad singulorum vtilitatem, idest hominis; siue sit priuatus, siue sit fiscus.

Adde dixisse Imperatorem se nolle agere de iure publi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

co; nempè de eo, quod ad statum rei Romanæ spectat, de quo inter pios agere nephas esset; cum hodie alia sit sacrorum ratio, apud Christianos, nihilque cōferre possit in hac parte exemplum veteris paganismi. Nec etiam magistratus vetustatis Romanæ omnibus, aut locis, aut temporibus conueniunt. Non egit autem de iure publico in institutionib. (quod poterat) de eo, s. quod in vsu piorū est ne multitudine rerum tirones grauaret, vt not. Accurs.

Tit. 2.

IN TITVLVM SECVNDVM DE IVRE NATVR. GENT. ET CIV.



Am liquet Imperatorem de iure priuato agere, cumque materia illius iuris accersita sit ex motibus, & regulis partim naturæ, partim gentium, partim benè institutarum ciuitatum; ideo in præsentia orditur à iure naturæ tanquam à digniori, vt planum sit quæ illa iura sint à quibus ius priuatum Romanorum præcepta petiuit.

In hoc igitur tripertiti iuris discrimine nonnulla capita conficienda sunt.

Cap. 1. Quid sit ius naturale.

Cap. 2. Quotuplex.

Cap. 3. Quæ sint præcepta.

Cap. 4. Quid sit ius gentium.

Cap. 5. Quid ciuile.

Quid sit ius naturale. *Cap. I.*

IVs naturale est, quod natura omnia animalia docuit. Ita Imperator hinc orditur. Concord. l. 1. §. huius studij, ff. de iust. & iur. cap. ius naturale, prima distinct. Tull. lib. 1. offic. & secundo de nat. Deorum. *Principium tit.*

Obst. primo ius priuatum *Ob. 1.*

Ro-

Romanorum in hæc genera non diuidi, vt aliud sit ius Ro. naturale, aliud gent. &c. Ideo frustra horum iurium finitiones ponũtur. Vnum est enim ius Romanum, idest ius quiritum, vt inf. hoc tit.

Responde poni hãc iurium partitionem non quia ius Romanum in hæc genera distribuatur, verum quia huius iuris principia ab hisce fontibus deriuentur. Fontes ergo priuati Romani iuris recluduntur apertius, & à definitionibus petitur exordium.

Ob. 2. Obstat secundo posito, triplicis iuris principia esse aperienda, & è prima sede ius naturale definiendum; perperam tamẽ id factum videtur; quoniam ius est ars boni, & æqui, vt in l. 1. ff. de iust. & ius est æquitas; æquitatis autem, & bonitatis cætera animantia præter hominem sunt experta, ideo, vel malè dictum est ab Imperatore videmus cætera animantia istius iuris peritia censere, vel malè ius definitum.

Ius pluribus modis. Responde ius esse multiplicis acceptionis, vt in l. ius pluribus, 11. ff. de iust. & iur. glos. in cap. ius naturale prima distin. & ex natura subiecti significationem vsurpat. Si de homine prædicatur dicitur verè ius, quod in appetitu intellectiuo reponitur, quo ratio, & discursus degũt. Si in beluis non ius, sed instinctus nuncupatur, quia appetitus sensitiui sedem occupat. Nec obstat nõ debere ius appellari: nam, & si ratione subiecti non sit appellandum, cum omnibus sit commune animantibus, & in appetitu sensitiuo, tamen ratione causæ, optimè ius dicitur. Causa enim per hypallagem pro effectu ponitur. Ita ius naturale, quod competit cùm hominibus, tùm beluis, & reliquis animantibus licèt ratione subiecti sit instinctus, & inclinatio; tamen ratione causæ, seu naturæ ipsius, quæ prima communicatione quarundam rerum naturalium, æqua est, & similis, tam homini, quam beluæ, verè ius dicitur.

Igitur hic definitur ius illud naturale, seu illa inclinatio naturæ, qua vnumquodque animal à natura præditum est, & quod nascenti cuilibet, & viuenti, nullo magistro, imprudentibus nobis se se insinuat, vt in exemplis in text. positis.

Obstat

Ob.3. Obſtat tertio loco. Quamuis innotuerit tyronibus hìc ius naturæ, ideſt inclinationem naturalem animantibus omnibus promiſcuam definiri, oritur tamen ſcrupulus maior, nam hoc definiri debere nulla quæ futuro dogmati conducat ratio apparet. Quid enim cum iure priuato Romano inſtinctus naturalis communis animantibus vniuerſis? Conſultius ſi ius naturale, quod duntaxat in homines vniuerſos cadit, & quod in appetitu intellectiuo delitefcit omnib. ratione prçditis commune definitum eſſet. Ex hoc enim ius priuatum Roman. conſtat, ideſt ex eius præceptionibus, ſicuti ex iuris gen. & ciu. Quid in hac re beluarum inſtinctus? Sapientius Tullius, qui iuris naturalis diſputationem generis humani finibus circumſcripſit, dum ait. Naturæ ius eſt, quod non opinio genuit, ſed quædam innata vis inſeruit, vt religionem, pietatem, gratiam, vindicationem, obſeruationem, veritatẽ. Concord. Gratianus in cap. ius naturale prima diſtinct. qui ius naturale proprium ſolius hominis definiuit, & ait *Ius naturale eſt commune omnium nationum, eoque, vbique inſtinctu naturæ, &c.*

Reſponde, & ſi inſtinctus naturç non conducat iuri priuato Romanorum, decebat tamen Imperatorẽ abhoc inſtinctu ordiri; nec ſemitã Tullij, & aliorum terere æquum fuit. Nam ius Romanorum à principijs naturæ deriuatur. Verùm quia naturæ principia ſunt diuerſa: alia enim competunt homini tanquam animanti, alia tanquam ratione prædito; ideo definitur, quod ſit inſtinctus ille primus naturæ, quando in iuris Romani priuati diſpoſitione illius iuris naturalis reliquiæ deprehendantur, vt vim vi repellere, ſe alere, procreare, & procreata tueri, &c.

Quamuis igitur ius priuatum Romanorum, de quo eſt ſermo futurus, nil de beluis diſponat; tamen æquum fuit, Imperatorẽ hunc inſtinctum hominibus, & beluis promiſcuum aperire; quia naturæ ſimplicis quædam inclinationes in hoc iure priuato intactę remanent, & ſeruantur. Illud tamen verum eſt ius verè naturale, ideſt rationem ingenitam hominibus cum ſuis præ-

ceptis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

ceptis esse partem, & materiã huius priuati iuris, quemadmodum ex seq. cap. apparebit, &c.

Quotuplex sit Ius naturale, &c. Cap. II.

EX supra enarratis causa fit nota tyroni, cur interpretes passim ius hoc scindant in primæuum, & secundarium. Nam cum Iustinianus definiuerit ius naturale, vt in animantes cadit vniuersas; quomodo ius inclinatio dicitur, nec pars est iuris Romani priuati, quamuis inclinationes iuris naturæ beluis communes in eo iure eluceãt, vera tamen pars iuris priuati Roman. est ius naturæ hominibus competens, ideo necessarium fuit ad faciliorem captum hoc ius distribuere (vt dixi) in primęuum, & secundarium.

Primæuum est ille instinctus; qui ratione causæ ius etiã appellatur, nec incolit nisi appetitum sensitiuum, quo natura mouentur animantia vniuersa ad creationem; appetunt escam, quærunt sibi latibula, & cæt. præstant, quæ nullam supponunt ratiocinationem, aut intellectum.

Secũdarium est cum ex appetitu sensitiuo in intellectiuũ descendit inclinatio, & hominem ratione præditum extimulat, vt patriæ, vt parentibus pareat, vt in primis Deum veneretur, & colat, vt benefacienti benefaciat, pacta seruet, & fidem l. 1. de pactis, l. 1. ff. const. pecun.

Ideò Maranta de ord. iud. parte 3. Ius naturale primæuũ legem naturæ communem appellat, secũdarium legem naturæ rationis.

Quicquid sit, ius naturale est vnicũ, & indiuiduum, sed ratione subiectorum patitur diuisionem, vt aliud sit quod cadit in homines pariter, & in beluas, aliud quod in hominem duntaxat, &c.

Iuris naturalis præcepta quæ, &c. Cap. III.

IVs naturale iam suam habet diuisionem, habeant, & suam illius partiti iuris præcepta, ne confundantur iuris initiati.

Pręcepta iuris naturalis primeui sunt cibum capere, procreare, procreata tueri, vim vi repellere, l. 1. §. eũ qui. vers.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

vim vi, ff. de vi, & vi arm. Bar. in l. 3. ff. de iust. & iur. & alia prestare animantibus vniuersis natura communicata, quæ quidem omnia facti dicuntur esse simpliciter, vt infra de iure person. videbimus.

Præcepta verò iuris naturalis secundarij sunt Religio erga Deum, vt patriæ, vt parentibus pareamus, vt vim, atque iniuriam propulsemus l. 2. & 3. ff. de iust. & iur. nec non preceptum illud saluberrimum; alteri non facere quod quisque in se non patiatur, d. l. 3. in fine.

Ob. 1. Obstat primo, dictum esse plurimum discriminis inter ius naturale primæuum, & secundarium, nec non vtriusq; præcepta, sed inter præcepta iuris naturalis primæui reperitur illud, vim vi repellere, nec non inter præcepta naturalis secundarij ergo, vel precepta non sunt diuersa, vel malè posita.

Noua obseruatio. Responde, & nouiter obserua præceptum vim vi repellendi esse iuris nat. primęui. & secundarij, & iurisgentium cum hac distinctione.

Vim vi repellere docet natura vniuersos animantes ad defensionem, & tutelam sui corporis citrà alienam iniuriam; Ideo belue ipsæ quamquam naturali feritate ducantur, & ruant in viros, & alias beluas sibi molestas, quia ratione carent, & impetu tantum naturæ feruntur nullam iniuriam inferre posse dicuntur, l. 1. ff. si quad. pau. fec. dic. Vim vi repellere igitur ex iure naturæ primæuo sine iniuria est, sed ad tutelam sui.

Vim vi repellere cum alterius iniuria est præceptum iuris naturalis secundarij. Ratio est, quia hoc iure vtuntur homines non amplius beluæ, & cum homines ratione sint prędicti in amolienda vi aliena, propria vi possunt, imò solent iniuriam inferre, & iniuria ibi est vbi ratio viget d. l. 1. ff. si quadrup. &c.

Ideo animaduerte, Iurisconsultum in l. 3. ff. de iust. & iur. postquam supra definitũ fuit ius gent. primęuũ, quod idem sonat cum naturali secũdario, vt in seq. cap. videre erit, inquit non, vt vim simpliciter, sed cum iniuria, *vt vim, atque iniuriam propulsemus*. *Intellectus, l. vt vim ff de iust. & iur.*

Est quoque præceptũ hoc vim vi repellendi iurisgentiũ secundarij, verũ non tantum cum iniuria, verũ cum armo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

rum apparatu, & mortalium internecione. Hominũ namque, vbique regnandi grassante cupidine, vis in gentes exarsit acerbius, & infestantium barbarorum bello nece, flammis retunditur audacia. Ideo Hermogenianus in l. 5. ff. de iust. & iur. de hoc iure sentiẽs ait. Ex hoc iure gent. introducta sunt bella, discretæ gentes, regna condita, dominia distincta, &c.

Summa igitur sit. Aut vis vi repellitur sine iniuria, & est preceptum iuris naturalis primæui; Aut cum iniuria, vel saltem consideratione ipsius, & est iuris naturalis secundarij, seu gentium primæui; Aut cum apparatu armorum, & est iuris gent. secundarij.

De iure Gentium. Cap. IV.

§. Ius autem gẽtiũ. IVs gentium omni humano generi commune est, vt ait Imperator in §. ius autẽ gent. hoc tit. nostro, & I. C. in l. 3. §. 3. ff. de iust. & iur. Concord. cap. ius autem gent. prima distinc. Nam quod naturali ratione penes vniuersas gentes admissum est ius gentium appellatur.

Ceterum cũ dictum sit ius naturale secundariũ esse idem quod gentium primæuũ, iam huius iuris prima pars erit explicata. Sed, vt huius discriminis rationem hauriat tyro animaduertat non magis ius, quam tempora distingui, cum ex hoc discrimine mortalium ætates, & progressus notẽtur. Nam cum omne, ius naturæ scateat fonte, nihilq; sit quam sua cuique ratio præscribit, (vt Conn. ait) faciendũ, aut non faciendũ; nihil in eo prius esse potest nihil posterius. Sed hoc voluerunt interpretes, ea scilicet, quę ab isto iure in cõmunem vtilitatem venerunt non fuerint vno, eodemque tempore prodita; sed prima illa fuisse, quę iam, tum ab initio vsurparunt homines, cùm adhuc congruenter naturę viuerent, nullis comperti flagitijs, nec falsis opinionibus deprauati, & hoc à nostris, ius gentium primæuum appellatur.

Sed adauctis hominibus, cum incremento prauæ mentis; vnusquisq; rebus studuit cumulandis, ne cui pareret, sed vt cæteris imperaret; haberet rem omnium in summa impunitate licentiam. Hinc regnandi libidines, hinc factiones,

ctiones, inſidiæ, ſeditiones, rapinæ bella, finis æqui, & iuſti l.5. ff. de iuſtitia, & iur. & quamuis hæc iuri nat. aduerſari videantur; tamen quia humanis neceſſitatibus inducta ſunt, ſcilicet, vt vis perditorum hominum bello coerceatur nemo fuit, qui cum de bello audiuit non exiſtimauerit æquum vim vi repellere, arma armis opponere, & magis victos, quos fas erat occidere victoribus ſeruire, ſicuti etiam agros diuidere, contractus inire, & alia præſtare, quę vniuerſæ gentes vſurpant.

Talia enim iure fieri, & pro communi hominũ ſalute neceſſario vnicuique inſitũ eſt, & perſuaſum à natura.

Conſiderent itaque adoleſcentes, vt non quicquid ab vno populo excogitatum eſt. & repertum, id ſi ab omnibus inde populis imitatione potius, & exemplo, quam naturali ratione fiat, ius gẽtium appelletur, ſed quod poſtea, quam cognitum eſt ſtatim ab omnibus certo quodam naturæ iudicio, non modo, vt factum, ſed etiam, vt probè, & iuſtè, & in communem omnium vtilitatem commodè factum eſſe comprobetur.

Animaduertant quoque, vt facilius haſce iuris naturalis, & gentium diſpoſitiones mente cuſtodiant, & diſtinguãt; totum, quod dictum eſt ad hæc tria capita redigi.

Aut eſt ius naturæ ſine hominum ratione, & diſcurſu, & hoc eſt ius naturale primæuũ in princ. tit. noſtri ibi, *nam ius iſtud, &c.*

Aut eſt ratio naturalis, ſeù natura cum ratione, & eſt ius naturale ſecundariũ, ſeu gentium primæuum, l.1. §. huius ſtudij in fine, & l.2. & 3. ff. de iuſt. & iu.

Aut eſt neceſſitas cum diſcurſu, ſeu ratione naturali, & eſt ius gentium ſecundarium, l.4. ff. de iuſt. & iur. §. ius autem gent. hoc tit. noſtro.

Quid ſit ius Ciuile. *Cap. V.*

IVs Ciuile eſt, quod quiſq; populus ſibi conſtituit, §. ius autem ciu. verſ. nam quod hoc tit. l. omnes populi 9. verſic. nam quod, ff. de iuſtit. & iur. capitulo ius ciu. prima diſtinc. Tullius, eſt ęquitas conſtituta his, qui eiuſdem ſunt, ciuitatis. *§. Ius autem ciuile.*

Obſt.

Ob. 1. Obstat primo loco, idem videri ius ciuile, & ius gent. nam ius vtrumque vni duntaxat speciei competit, id est, homini, vtrumque ex ratione naturali proficiscitur.

De iure gentium explorati iuris est; nam vt supra explicauimus ius istud competit homini, quà homo est, & quod naturalis ratio inter omnes gentes constituit est ius gentium. Ius quoque ciuile competit homini, quod apertissimum est, & à naturali ratione dimanat, imò tantoperè conformatum est cum natura, vt quasdam naturæ ruditates expoliat, & ciuiles mores inuehat in ciuitates. Ideò Vlp. in l. 6. ff. de iust. & iur. ait ius ciu. est, quod neque in totum à naturali, vel gentium recedit, neque per omnia ei seruit. Ita de iure gentium fas est dicere, illud est, quod neque in totum à naturali recedit, neque in totum ei seruit; nam iure gentiũ bella inducta sunt seruitutes, &c. quę licèt ratione naturali excogitata tamen iuri naturali sunt contraria, §. ex hoc iure hoc tit. nostro.

Ob. 2. Obijcitur secundo, in eodem subiecto, de quo supra, vid. idem videri ius ciuile, & genr. quia vtriusque natura confundatur ab Imperatore, & iurisconsultis. Vtrumque ius commune quandoque appellatur. De iure ciuili certũ est, §. sed ius quidem ciu. vbi Dd. hoc tit. Decius in cap. licet causam, colum. 3. de prob. Alex. in l. post dotem, 41. colum. penult. ff. solut. matri. Ius quoque gentium venit appellatione iuris communis, §. ius autem ciu. hoc tit. Ibi *populus Romanus, partim proprio, partim communi omniũ hominum iure vtitur*, idest gentiũ, nam de alio sentire non potest Imperator, vt de omnium scribentiũ sententia. Igitur idem est ius ciuile, & ius gentium.

Vrget. 3. loco pro eadem sententia tex. in l. 5. ff. de iust. & iur. vbi dicitur, ædificia esse collata iure gent. idest, vt glo. & Dd. exponunt simul iuncta, & ciuitates factæ. At ciuile ius tunc cępit, cum Ciuitates condi cæperunt, §. singulorum infra de rerum diuis. Igitur si iure gentium ciuitates sunt conditæ, & iura ciuilia cæperant esse, cum conditę fuerunt ciuitates ius ciuile, & gentium erit vno in eodẽ tempore. Ob. 3.

Cæterũ hisce, & similibus argu-

argumentationibus nullũ negocium facientibus; optimum eſt, quod dicitur, aliud eſſe ius gentium, aliud ius ciuile, & ratio diuerſitatis ſumitur ex particulari ad vniuerſale, quod liquebit ex contrariorum ſolutione.

Ad primum reſponſione diſtinguendo; Aliud eſt ius ciuile merum, aliud eſt mixtum.

Merum eſt, quod neque à naturali, neque à gentium iure proficiſcitur, ſed ciuium ingenijs excogitatum, veluti lex illa, 12. tab. vt filij familias patris inteſtati hæredes ſint, emancipati non ſint. Item lex Vaconia, quæ mulieres inſtitui vetabat; lex Falcidia, quæ iubet teſtatores dodrantem hæredibus relinquere. Hæ namque leges non ſunt à natura ſumptæ, ſed Romæ natę, & quorundam ingenijs excogitatæ.

Mixtum autem eſt, quod vel à naturali, vel à gentium iure partem obtinet, veluti prætoris edictum, quod liberis etiam emancipatis bonorum patris inteſtati poſſeſſionem attribuit. Item ne liberi ſine parentum conſenſu nuptias contrahant; ne pupilli ſine tutorum auctoritate negocia gerant, vt prodigis, vt furioſis bonorum ſuorum administratione interdicatur. Omnia hæc æquè gentium aliarum ſunt communia; attamen vtrumque hoc ius ciuile appellatur, quoniam eo Ciuitas vtitur. Cæterùm Imperator agit de mero iure ciuili in ciuitate Romana, vel alia nato proprio, non alij loco, vel alijs gentibus commune, ſed ſoli vni loco, qua ratione à Theophilo locale appellatur, quod intra ſeptum mænium viget. Ideo definitũ eſt, quod quiſque populus ſibi conſtituit, ſibi ideſt ſoli, & vni populo, ob id ab iure gentium diſtinguitur, quod non vni populo, ſed vniuerſaliter, apud omnes gentes cuſtoditur.

De mixto ſenſiſſe Vlpianũ reor in l. ius ciu. 6. ff. de iuſt. & iur. quod neque in totum à iure nat. ſeu gent. recedere, neque in totũ ei ſeruire ait, quod quidem maximã habet cum iure gent. affinitatem, ſed de hoc non eſt ſermo hic. De iure ciuili mero loquutus eſt, Caius in l. omnes populi, 2. ff. de iuſt. & iure, & Imperator in d. §. ius autem ciu. verſic. nam quod hoc titulo, quod eſt proprium

Intellectus, l. ius ciu. 6 ff de iuſt. & iur.

prium vnius ciuitatis, vel alterius, nec habet quicquam commune cum iure gentium.

Ad secundum resp. & considera, nomine iuris cōmunis aliquando intelligi ius nat. primæuum, aliquando ius gent. demum aliquando ius ciu.

Quando appellatione iuris communis venit ius natu. primæuum, tunc dicitur ius commune omnium, non quidem omnium hominum, non gentium, sed simpliciter omnium, vt ex nomine habēte relationem ad vniuersos, cum homines, tum animantes; Ideo Imperator in princ. tit. inf. de rer. diu. *ait quædam naturali iure communia sunt omnium*, & rursus. *Et quidem nat. iure cōmunia sunt omnium aer, aqua profluens, &c.* Naturale enim ius est, quod est commune omnibus, vt supra explicatum est.

Noua consideratio. Quando autem appellatione iuris communis venit ius gent. tunc adijcitur ius cōmune *omnium hominum*; nam ius, quod erat commune ad vniuersos homines porrigitur, & est ius gent. Ideò Imp. in §. ius autem ciuile duabus vicibus, vt ius gent. designaret, inquit ius commune omnium hominū. *Omnes populi* (inquit) *partim suo proprio, partim communi omnium hominum iure vtuntur.*

Ius vero ciuile quādo significatur nomine iuris cōmunis, tunc sine vlla adiectione, *vel omnium, vel hominnm* dicitur ius cōmune simpliciter. Tunc autem fit, vt cum plures ciuitates sua habeant iura peculiaria, §. sed ius quidē hoc tit. & ciuitatis Rom. ius sit nobilius, quod Romana vrbs sit omniū Patria Calcag. in l. bona 15. ff. de verb. signif. fit inquam appellatione iuris com. per excellentiam ius ciu. Romanorū venire, §. sed ius quidem ciu. hoc tit.

Summa igitur resolutionis sit non cōfundi nomina, nam ius naturale dicitur, ius commune omnium. Ita gentium ius commune omnium hominum. Ius Ciu. simpliciter ius commune eo, quia Rom. vrbs sit alijs ciuitatibus dignior.

Ad tertiū respondetur Ciuitates fuisse cōditas iure gentium, idest ædificia collata, vt ait d. l. 5. non tamen nomine ciuitatis, sed iure gentium, & humanæ societatis, naturali ratione suadente. Meritò iure naturæ ædificia libera dicuntur l. alius 8. C. de seruit. & aq. *Intellectus, l. 5. ff. de iust. & iur.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

l.cum eo 8. ff. de seruit. vrb. pręd. Inde temporis tractu à iure ciuili fuit collatis iam ædificijs forma tradita ex norma politica. Aristot. 5. Aethicor. condita namque sunt iura, & magistratus creati, & sacerdotes; quibus additis ædificijs iam collatis ciuitatum nomen inoleuit l. quidam, de pęnis, cap. ius quiritum prima distinc. Ideò in §. singulorum inf. de rerum diuis. dicitur, ciuilia iura tunc cæperunt vim ciuitates condi, & magistratus creari, & leges scribi cæperunt. considera dictum illius §. dicentis ciuitates condi, non ædificia conferri, quasi sensus sit ædificia simul iure gentium collata, tunc ciuitatum nomine honestata fuerunt, cum magistratus creari, & leges scribi ceperunt.

Ob. 4. Quamquam liqueat discrimen inter ius gentium, & ciuile; obstat tamen, quod dicitur, *quod quisquis populus sibi ius constituit appellatur ius ciuile*, nam populus lege lata omne suum imperium in Regem transtulit, §. sed, & quod Principi hoc tit. l. 1. ff. de constit. princ. Ideò sibi ius statuere non potest, cuius condendi auctoritas soli Principi tributa est l. vltima, in fin. C. de leg.

Responde, de eo populo sentire Imperatorem, qui sua libertate fruatur, vel indultu Principis leges condat l. vlt. C. de legibus iuncto, §. sed, & quod Principi hoc titulo, & quamquam Papinianus in l. 7. de iust. & iur. non meminerit populi explicitè, meminit implicitè, dum inquit. Ius ciuile est, quod ex legibus, plebiscitis, senatusconsultis, &c. venit; nam quid est aliud lex, quam quod populus senatorio magistratu interrogante constituebat. §. constat hoc titulo.

Obstat quinto, & nouissimo loco ius ciuile Roma. non posse appellari ius ciuile proprium conditũ à populo Romano, nec ob id locale, necessitateque sola populo Romano latum. Nam si hæc sunt necessaria, vt ius ciuile propriũ ciuitatis, & loci dicatur, cum Romani sint ab Atheniensibus, & Lacedemonijs mutuati ius scriptum, & non scriptum; ideò non poterit appellari ius ciuile proprium Romanorum. Ob. 5.

Responde; vniuersa, quæ ad ius ciuile merũ proprium

vnius

vnius tantum ciuitatis locale conditum à populo ciuium ingenijs ex neceſſitate rerum, & loci latum deſiderantur reperiri in iure popul. Roman.

Nec obſtat ius ciuile ſcriptum petitum ab Athenienſibus, nam aut quærimus de iure per decemuiros petito ab Athenienſ. & per Romanos in Aeneas tabulas relato, & hoc quidem ius ciuile Roma. appellabitur. Sed non merum, ſed mixtum; nempè à Græcis petitum. Aut quærimus de iure facto, & conſtituto à pop. Rom. conſule interrogante, vel tribuno de quo Imperator hic, & hoc eſt verum locale, vernaculum, nam mixtum ſolius Romanæ ciuitatis propriũ. Nec obſtat ius non ſcriptum eſſe vſurpatum à Lacedemonijs: nam Imper. in verſic. ex non ſcripto nullum verbum de iure non ſcripto proprio Lacedemoniorum. Sed de cõſuetudine popul. Rom. propria, & vernacula, quæ cùm in ſcripturam non redigatur, & vim legis obtineat, videtur inſtituta ad inſtar iuris non ſcripti Lacedemoniorum, quibus ſolemne fuit memoria cuſtodire, quicquid pro lege illis cõſtitutum fuiſſet. Ideò falluntur, qui Iuſtinianum carpunt diuidẽtem ius Rom. in ſcriptum, & non ſcriptum, cùm populus Romanus vtatur conſuetudine non autem iure non ſcripto. Deinde hi, qui ius non ſcriptũ cum conſuetudine confundunt; cuius rei veritas ex hac conſideratione apparebit. Iuſtinianus ait, eleganter factum eſſe, vt ius ciuile Romanum diuidatur in ſcriptum, & non ſcriptũ; nam ab inſtitutis duarum ciuitatum defluxit, §. & non ineleganter hoc tit. Nullum tamen verbum in noſtro titulo de iure petito ab Athenienſibus tantum agitur, de iure pop. Rom. vernaculo ad exemplum duarũ ciuitatum. Ius tamen ſcriptum habet hoc particulare: nam licet ex neceſſitate Romanæ ciuitatis latum ſit, tamen in modo, & forma conſtituendi non deſciſcat ad iure ſcripto Athenienſium. Secus vero, ius non ſcriptũ pop. Rom. nam licèt imitetur, ius non ſcriptum Lacedemoniorũ, tamen diuerſum eſt in modo, & forma conſtituendi. Lacedemones enim ſuum ius non ſcriptum habuerunt in tempore certo de rebus certis, & ab auctore cer-

Intellectus §. ex non ſcripto.

Obſerua.

to, nempè Lycurco. Ius autem non scriptum pop. Rom. diuersum est in forma, licet in effectu idem, nam consuetudo est, quæ discrepat ab iure nō scripto Lacedemoniorum ex diametro. Nam huius principatum nescitur, & auctor est incertus, cùm imprudentibus nobis se se insinuet, voluntatesque nostras obscurè primum, tum etiam apertè sibi conciliet; postremò tantum acquirat gratiæ, vt regnet, & dominetur lege potentius, *l.* de quibus 32. ff. de legib. vbi Dd. Meritò Imperator de iure scripto verba faciens, cum sit idem in forma cū iure scripto Atheniensium ait, *Ius scriptum est lex, &c.* verbum *sum es est* designat parē substantiam. At cum de iure non scripto ageret, non ait ius non scriptum est; *sed ex non scripto venit, quod vsus approbauit*; quasi dicat ex iure non scripto Lacedemoniorū profiscitur consuetudo, quæ imitatione illius iuris, eo quia hęc quoque scriptis nō mandetur, larga interprætatione, ius non scriptum appellatur. Hinc apparet sensus Imperatoris, qui defensus remanet cōtra morsus Hotomani aientis non admodum eleganter dictum ius esse acceptum ab Hactenienf. & Lacedemon. cum Lacedemoniorum mores sine scriptis à pop. Ro. conseruati non possint dici consuetudo ipsius pop. Rom. non est sensus Imperatoris, sed omnino diuersus, vt iam dictum est.

Defenditur Imperator.



IN TITVLVM TERTIVM DE IVRE PERSONARVM.

Tit. 3. IVre Romano, cum suis partibus absoluto; iamiam Imperator, illud accommodat suis subiectis, nec solum explicat illud ius applicatum personis; nam ratione huius principis obiecti de personis dũtaxat agendum erat, l. 1. & 2. ff. de stat. ho. sed verba facit primo loco de personis; nam eis ius redditur, secũdo de rebus, quia de ipsis, & earum varietate ius redditur, tertio de actionibus, quia per actiones dicitur ius, & per eas personæ res suas persequuntur.

Stat igitur propositum agere de personis in hoc titulo, pro quo expendendo Iustiniani methodo obsequentes ad hosce terminos totum hoc dogma reuocabimus dispicientes.

Cap. 1. Quid sit libertas.
Cap. 2. Quotuplex.
Cap. 3. Quid seruitus.
Cap. 4. Qui sint serui, &
Cap. 5. Quæ sint discrimina seruorum.

Quid sit libertas. Cap. I.

LIbertas est naturalis facultas eius, quod cuiq; facere libet, nisi quid vi, aut iure prohibetur. Ita Imperator in princ. huius tit. Florent. in l. 4. ff. de stat. ho. concordat l. quod attinet 33. de reg. iur. l. si quod dominus 64. ff. de condic. indeb. Nam iure naturæ homines vniuersi ęquales sũt. Astipulatur Iustiniano Tull. lib. 1. offic. Libertas est potestas viuendi, vt velis. Aristot. libro 6. politic. ijsdem fermè verbis. Princ. tituli.

Obstat primo, in verbo *naturalis* Libertas enim non videtur naturalis, sed iuris gentium. Nam iure naturæ cum promiscuus, & par sit viuendi vsus d. l. 33. de reg. iur. verbũ *libertas* nõ fuit illo æuo exauditum, nec expressum, nec ex- Ob. 1.

cogitatum; sed vno communi nomine omnes homines appellabantur. Imp. in §. 1. infra de libertin. Sed postquam iuregent. seruitus ingenuitatem inuasit l. ex hoc iure 5. ff. de iustit. & iur. d. §. 1. de libert. beneficium quoq; manumissionis inoleuit, & ex eo diuersa nomina mortalib. indita sunt: Alij dicti liberi, alij liberti, alij libertini. Ita eadem ratione iuris gẽtium excogitatum nomẽ libertatis, seruitutis, libertinitatis. Hæc enim cum superioribus coniugata sunt, quia sunt ex verbis, eiusdem generis, quæque ab vno orta variè commutantur, vt ab homine humanum, humanitas, humaniter. Euerard. in Topico. iur. in loc. ab æthimol. nu. vlt. Liberi igitur sunt ab iure gentium, ergo libertas; Ideo falsum, dum dicitur est naturalis, &c. *Arg. à cõiugatis.*

Nota. Responsio sit, essentiam, & facultatem viuendi, vt quispiam velit esse naturalem, licèt verbum *libertas, & liberorum* sit iuris gentium. Iustinianus autem nõ verbi originem explicat, sed libertatis essentiam, alia enim est definitio nominis, alia definitio rei.

Ob. 2. Obstat secundo, in verbo *facultas*, nam libertas videtur potius esse iuris, quàm facultatis, seu facti d. l. 33. de reg. iur. vbi I. C. ait, *Iure naturæ omnes homines æquales sunt*. Hæc igitur æqualitas, quę nihil aliud est, quam potestas viuendi, vt libet, & per consequens libertas, dicenda est iuris non facti, quia iuris gent. dispositione imposito iugo captiuis, libertas, quæ competit est iuris.

Respõde libertatem si per se attendatur in suo semine esse facti non iuris, sed post quam seruitutis iugum impositum est captiuis eo, quia liberati fuerunt sunt appellati liberi, *vt à seruis distinguerentur*, & tunc cępit iuris esse libertas, quæ prius erat facultatis, & potestatis. Ideo rectè dicitur libertas est naturalis facultas. *Nota.*

Obst. tertio, in verbis, *quod cuique facere libet*. Nam, aut agitur de natura non deprauata, & ea non permittit vnicuique facere quodlibet, sed qđ cum ratione est. Aut de natura corrupta, & ex ea potius seruitus est, ex ore Domini, qui facit peccatum seruus est peccati. Igitur malè dum dicitur quod cuique, &c. *Ob. 3.*

Re-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

Responde, natura hic accipitur prout mouet hominē, cum appetitu intellectiuo intra septum rationis nō deprauatæ se continentem, qui semper faciens, quicquid vult, idest quicquid ei voluntas cum ratione suggerit, libere agit, & libertate potitur.

Ob. 4. Obstat primo, in verbis *nisi quid vi, aut iure, &c.* Ex hac probata lectione, *nisi quid vi,* non vt vulgaria exemplaria habent *quod vi*, deprehenditur, si quis vi alicuius præpotentis attineatur quo minus præstet, aliquid ex suo animo non erit liber. Sed singuli homines vi maioris potentiæ, & iure ciuili prohibentur facere aliquid. Igitur singuli homines potentiæ alicuius, vel iuri obnoxij erunt serui.

Responde verbū *vis* in definitione libertatis vsurpatur pro vi iuris gentium, l. 5. ff. de iust. &c. Nam vi belli seruitus ortum habuit, ingenuitatemq; inuasit §. 1. inf. de libertin. non pro vi priuata, qua quispiam prohibetur facere, aliquid ad tempus, nō iure belli, sed contentionis. Igitur diuersa est vis alicuius potentioris, quia non perpetua; vis autem iuris gent. perpetuò mancipat aliū alij. Nec obstat, dum dicitur. homines prohiberi iure ciuili facere aliquid, nā hæc legum obedientia nuncupatur, non seruitus; Nam legibus seruire maxima libertas est l. nepos. 125. ff. de verb. signif. Arist. in libris Aethi. Lex enim nō ponit seruitutis iugum, sed actionū libertatis nostræ in gyrum rationis ducit, ne licentius euagetur. Quoties vero ius ciuile omne actionem prohibet quæ iure naturæ in potestate hominis est, vt ei qui ad pretium participandum se vendi passus est, & ei qui maximam patitur capitis diminutionem, tunc seruus dicitur, non vi prohibitus facere, sed iure. Nota.

Ob. 5. Obstat quinto loco in vniuersum cōtra hanc definitionem, Frustra est illa definitio, quæ cum eo cui competit non consonat. At definitio libertatis competit filio fam. & pupillo nam vterque liber est, & tamen neuter potest facere quodlibet, nam pater filio, tutor pupillo præest. Igitur mala, &c.

Nota. Responde potestas viuendi, vt libet non tantum respicit actum, quàm potentiam, nam etsi in filiofam. ob rationem patriæ potestatis, & in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

pupillo ratione imbecillitatis poteſtas viuendi, vt libet quibuſdam finibus arctata ſit; nõ tamẽ incapax eſt vterque earum rerum, quæ facere prohibetur. Seruus autem incapax eſt omnium actuum ciuilium dicta l. 33. de regul. iur. *Hinc perſpicuum fit definiri libertatem per eſſentiam ex cauſa, & origine, tam per actum, inquam per potentiam in ſuppoſito rationis humanæ non deprauatæ, quæ dicitur poteſtas viuendi, vt libet niſi vi, aut iure, &c.*

Quotuplex ſit Libertas.
Cap. II.

Noua diuiſio HOc diuiſionis libertatis caput videbitur fortaſſis incõſulto poſitũ, & nouiter fictum. Non inficiabor nouitatem, ſed non obliuiſcar probationũ, quibus noſtrum in partitione noua ſuſtineatur ingenium. Stat enim animo iuriſprudentiæ tyrones intra terminorum præſcriptũ continere, & vt inde habeant quo ingenia exerceant, nulla diſtinctio, nullus terminus ſine obiectionum ſtrepitu portum veritatis attinget.

Non me fugit libertatem bonum eſſe naturæ inæſtimabile indiuiduum, poteſtatem viuẽdi ſuo marte, & ab interpretibus vnam accipi libertatem. Attamẽ, vt mea fert opinio triplex eſt libertas Naturalis Gentilis, & Ciuilis?

Obſtat primo. Quod vnicum eſt, & indiuiduum inſuauiter, & perperam diuiſionem accipit. Libertas vnica, & indiuidua, vt placet vniuerſis ergo, &c. *Ob. 1.*

Reſponde non diuidi à nobis eſſentiam, ſed qualitatem, ſeu vſurpationem in varietate, & neceſſitate mortalium: eadem ratione, quod ius vnũ, & indiuiduum (nam æquum eſt, & bonum eſt, & bonum, vbique idem) ſciſſum eſt in naturale primęuum, & ſecundarium, in gent. ſimiliter. Ita libertas quamquam vna, tamen triplex, triplici hominum conſideratione, inuentione, & tempore, quod ex ſubiectis apparebit.

Obſtat ſecundo, diuiſio petitur à ſubſtantia, & eſſentia rei. Quę igitur in ſuo eſſe ſunt indiuidua ſcindi non poſſunt. Sed talis eſt libertas, vt iam dictũ eſt ergo, non poterit diuidi à nobis. *Ob. 2.*

Reſponde diuiſionum ſpe- *Diſtinctio vtilis.*

cies

cies reperiri multiplices. Aut enim est substantiæ in substantias, vt animalis in hominem, & bruta. Aut substantię in accidentia, vt animalium aliud bipes, aliud quadrupes. Aut accidentium in substantias, vt si volatilia diuidas in aquilam merulam, passeres, &c. Aut accidentis in accidentia, vt eruditorum alius est ex se doctus, alius ex præceptoribus. Hæc autē nostra partitio erit substantiæ, in accidentia, & circumstantias; Ideo triplex est ius, & libertas triplex. Eapropter Ausonius in suis Gryphis, inquit Triplex libertas, capitisque minutio triplex.

Iam liquere arbitror libertatem non incongruè diuidi posse. Videndum igitur, de hoc discrimine singillatim.

Quid sit libertas naturalis.

Libertas supra ab Imperatore definita generica est: nunc agendum de libertate pura naturali, sine vlla iuris gentium consideratione, & ciuili more, & ea est potestas viuendi, vt libet, & non adijciuntur verba *nisi quid vi, aut iure prohibetur*. Nam hæc definitio pertinet ad ingenuos, non ad libertinos. Hæc libertas igitur est posse facere ea omnia, quę natura sunt necessaria, & indita hominibus à primordio naturæ cum consideratione rationis non deprauatæ. De hac sentit Imperator in §. sed naturalia sup. de iur. nat. &c. vbi ait. *Sed naturalia, quidem iura, quæ apud omnes gentes per æquè obseruantur diuina, quadam prouidentia constituta semper firma, atque immutabilia permanent.* Idest illa libertas, seu ęquabilitas naturalis par cunctis hominibus non corruptis immutabilis est. Huius sunt compotes vniuersi ratione vtentes, licet alioqui cōsideratione iuris gentium, & ciuilis dicantur Serui l. 33. de reg. iur. Iure namque naturę omnes homines æquales sunt. Si æquales, igitur pari conditione seruus, & liber eo iure vtetur, & vt libet poterit facere, & quia hoc ius non mutatur nil obstabit si vi, aut iure alieno prohibeatur: nam non poterit, vt dictum est.

De hac Arist. 1. polit.

Obstat primo. Serui iuri gent. & ciuili, vt bello capti, & serui pęnæ non possunt facere, quicquid libet, puta emere, contrahere, disponere, de *Ob. 1.*

rebus

rebus ſuis, & velle pro arbitrio ſuo; velle namq; eſt vnicuique in rebus ſuis liberum à natura, & tamen ſeruus velle nō habet l.4.de reg.iur.Igitur falſum dicere vnumquemque libertate naturali frui,nec poſſe alio iure impediri.

Reſponde non obſtare ea, quæ dicta ſunt, quando vendere contrahere, velle in rebus ſuis non ſunt facultates iuris naturæ,ſed iuriſgētium, à quo diſcrimina mei, & tui, & cōtractus ſunt inducti l. 5. de iuſt.& iur.l.1.de acquiren. poſſeſſione. Ante conſiderationem iuriſgentium omnia erant in vſu promiſcuo, & quod ſumebatur ad ſitim,& famem coercendam hoc iure naturæ erat ſuum, quod quidē etiam noſtra memoria prohiberi nō poteſt, & hæc eſt libertas naturalis. Nam facere quicquid libet ex iure naturæ ſimplici eſt ſe alere,procreare, dormire,vim vi repellere, procreata tueri, quærere latibula, &c. Præſtare, quæ non ſunt iuris, ſed facti. At ea,quæ facti ſunt ſemper perſeuerant. Aret. in §.minor inf. de capitis dimi. num.5.Ideo ſerui iuris ciuilis licet incapaces ſint omnium actuum ciuilium, tamē remanēt capaces omnium actuum naturæ l.ſeruus ad cuſtodiam, 17.vbi Bart. ff.de aliment. & cib. leg. cum qua cōſonat l.3. ff. de his quæ pro non ſcript. hab.& eſt tex. not.in l. legatū 10.vbi gloſ.& Dd.ff. de capit. dimin.vbi legatum alimentorum, nec maxima capitis diminutione extinguitur, quia eſt potius facti,quàm iuris, & facta ſemper perſeuerāt, quia ſunt iuris naturæ. Ideò in alimentis ſeruo relictis datur actio ipſi ſeruo licet deſcendat à iure ciuili l. ſi victum 34. vbi gloſ. Bart. Cum. & Imol. ff.de re iudic.Igitur verum eſt libertatem puram naturalem eſſe æqualitatem inter omnes homines; nec tolli,aut mutari vllo alio iure,ſed eo iure vniuerſos homines, quamquam alieno ſub ſeruitio degentes poſſe facere quicquid libet.

Obſtat ſecundo. Quamuis libertas pura naturalis conſiſtat in faciendo,vt libet, ideſt in puris factis communib. vniuerſis hominibus; tamen videntur hæc facta poſſe impediri, dum quiſpiam eſt ſeruus iure gentium, & domino obnoxius. Nam ſi alicuius mancipio votum ſit dormiēdi, paſcendi ſe ſe,ambulandi,& alia Ob 2.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

præstandi, quæ sunt naturalis libertatis dominus, seu exigẽs seruitium, seu inhibens imperio, impedire potest illa facta. Igitur non poterit seruus facere ea, quæ sunt iuris naturæ, & ita libertate frui naturali.

Obseruat. Responde, & obserua Dominum nullo iure, nec ciuili posse inhibere seruo, quietem naturalem, pastum, virium repulsam citra iniuriam, & alia, quæ facti sunt. Nam dominus hæc prohibens dicitur supra modum in seruum suum sæuire, & asper, quare eo casu seruum suum bonis conditionibus venalem habere, & pretio accepto vendere adigitur tex. cap. in §. 1. & 2. de his qui sunt sui, vel. ab. iur. Quo Imperator perspicuis verbis fauet meæ sententiæ inquiens. Rescripti ad Aelium Martianum missi hæc verba esse. *Dominorum quidem potestatem in seruos suos illibatam esse oportet, nec cuiquam hominum ius suum detrahi*, perpende tyro verba illa, *nec cuiquam hominum ius suum detrahi*, quæ verba referũtur ad seruos, de quo est sermo ibi, qui licèt sub ditione dominica mereãt, attamen iure suo frui debent. Serui autem nullum ius habẽt

Intellectus, §. sed, & maior, inde his qui sunt sui &c.

l. 33. de reg. iur. sed ius accipitur pro facultate naturæ, seu iure primo naturali, vt quiescere, se alere, nocitura declinare, &c. Hoc est ius quod seruis detrahi non potest, quia immutabile. Meritò Imperator in d. §. exempla proponit aperta in hunc modum. *Sed & dominorum interest, ne auxilium contra sæuitiam, vel famem, vel intolerabilẽ iniuriam denegetur his, qui iustè deprecantur*. En in confesso est, ius pellendi famem, quiescendi, iniuriam, seu nocitura depellendi, & similia, esse ius liberũ vniuscuiusque, licèt inspecto iure gentium, & ciuili seruile iugum patientis, quæ quidem naturalis libertas si velit à domino impediri, dominus lege ciuili coercetur. Igitur exploratum fit, *libertatem puram naturalem esse potestatem viuendi, vt quispiam velit, & non posse iure alio quicquam, vel vi prohiberi*.

Quid sit Libertas Iuris gentium.

Libertas vero iuris gentiũ est posse omnia, ab eo iure disposita præstare. Ex quo iure verè seruitus inoleuit

uit l. 5. ff. de iuſt. & iur. nec nō libertatis datio, & ex eo datur habitus, & priuatio libertatis, cùm iure naturali ſtet in facto, & non detur priuatio. Igitur poſſe emere, vendere, contrahere permutare, & ea præſtare, quæ ſunt in l. 5. de iuſt. & iur. & in §. ea hoc iure ſupra de iuſt. & iure explicata, eſt frui libertate iuris gētium, quam amittunt in metallum damnati, & maximam capitis diminutionem perpeſſi, §. maximā inſ. de cap. dim. l. 17. ff. de pœn.

Nota, quæ cō ſiſtunt in facto non habēt priuationem.

Quid ſit libertas ciuilis.

Libertas demum ciuilis eſt facultas faciendi, quicquid ciues alij in Ciuitatem faciunt. Qui verò ab actibus duntaxat ciuilibus abdicantur, vt Peregrini, & deportati, quibus non interdicuntur ea, quæ ſunt iuris gentium, ſed quæ ſunt iuris ciuilis, l. cognitionum 5. §. conſumitur, ff. de var. & extraord. cog. dicuntur amittere libertatem, ideſt illud ius, quod alij ciues in ciuitate vſurpāt, vt pote teſtamenti vtramque factionem; non tamen ęquè propriè dicuntur ſerui, vt in mox ſequenti diſtinctione aperietur, & ſup. explicatum quoque eſt, dum dictum fuit priuationem libertatis iuris gentium eſſe, ideò propriè ſeruitus eſt ex eo iure.

Concordat Cicer. pro Cecin. libro 5. Liui.

Quid ſit Seruitus.
Cap. III.

Seruitus eſt conſtitutio iuris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam ſubijcitur. Ita Imperator in §. ſeruitus hoc tit. Vlp. in l. 4. ff. de iuſt. & iur. concord. cap. ius gentium 1. diſt. l. 4. §. ſeruitus de ſtat. ho.

§. ſeruitus.

Obſtat primo in primis verbis *eſt conſtitutio*. Aut enim ſeruitus eſt cōſtitutio, aut nō, vtroque modo malè. Si eſt conſtitutio, non erit iuris gentium, cum ea non niſi à Principe fiat, cap. cōſtitutio prima diſt. & nulla ſit iuris gent. conſtitutio. Si non eſt, ergo malè dicitur conſtitutio.

Ob. 1.

Reſpōde abuſiue dici conſtitutionem iuris gentiū, nam eſt ius quoddā morib. & vſurpatione gentium l. 4. ff. de iuſtit. & iu. l. 4. de ſtat. ho. quod poſtea in legem abijt. Ita intelligitur, §. ius autem ciuile, verſiculo quod vero naturalis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

ratio supra de iur. natur. gent. &c.

Ob. 2. Obstat secundo, in secūdis verbis *iuris gentium*. Nam datur seruitus etiam iure ciuili, cùm homo liber ad pretium participādum se vendi patiatur. Igitur non solum est iuris gentium, sed ciuilis, &c.

Ob. 3. Obstat tertio cōtra eadem verba *iuris gentium* l. ius ciuile 6. ff. de iustitia, & iure vbi Vlp. ait. *Cùm aliquid addimus, vel detrahimus iuri communi, idest iuri naturali, vel gentium ius proprium, idest ciuile efficimus*. Sed in materia seruitutis ius ciuile detraxit iuri gentium, nam abstulit dominis liberum illud, & absolutum Imperium in seruos suos, videlicet, vitæ, necisque potestatē, §. sed hoc tēpore in titulo ab hinc tertio de his qui sunt sui, vel al. iur. & l. 1. eod. tit. Igitur seruitus debet dici constitutio iuris ciuilis.

Cæterùm hæc non obstāt, quominus pręclarè dictum sit seruitutem esse cōstitutionem iuris gentiū; quia eo iure bellum exarsit pater seruitutis l. 5. de iust. & iur.

Nec obstat primum, nam etsi dicatur iuris gentium, non propterea negatur dari seruitutem quoque iure ciuili, sed agitur de prima inuētione seruitutis, quæ à iure gētium descendit l. 4. ff. de stat. hom.

Nec obstat secūdum, quia prima origo, primumque semen est à iure gent. licèt modus, & coerctio seruorum sit iuris ciuilis, & nos loquimur de prima inuētione; ideo non obstat.

Obstat quarto loco contra verba *qua quis dominio alieno*: quia datur aliquando seruitus sine dominio, vel seruus sine domino, vt no. glos. hic in verbo domino allegans plura iura, videlicet l. 1. de rerū diu. l. vlt. ff. pro derelic. l. quod seruus 36. ff. de stip. seru. & l. si vsumfructū 23. ff. de lib. caus. quę iure consideret studijs legum calens adolescens. Ob. 4.

Cęterùm hęc vim non faciunt, vt optimè eis satisfactū apparet per Aldobran. in suis comment. nam nomen domini, & serui correlatiuum est, & posito seruo necessario ponendus est dominus; sicuti posito filio, ponitur pater. Nec iura allegata probant, dari seruum sine domino. Non obstat l. 1. §. 1. de rerum diuis. nam licet hæreditas iacens sit, & sine domino; non propterea Nota.

seruus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

ſeruus hæreditarius ſine domino eſt, nam hęreditas iacēs vicem domini ſubit.

Nec obſtat l. vlt. pro derelic. nam ibi non ſoluendo alimenta, ſed relinquēdo Titio; videtur in eum ius ſuum tranſtuliſſe; vnde meritò potuit poſtea ad libertatem vocari. Neque etiam l. quod ſeruus, nam ſi ſeruus languens habetur pro derelicto fit liber l. ſeruo ſecūda, ff. qui ſint manum. ad libert. peru. rer. ſi ſanus, & tunc vis ſeruitutis pendet: nā ſi ſe præoccupet fit liber, ſi ſe occupari patiatur, fit ſeruus eius, à quo eſt occupatus, & cēſetur ex tempore derelicto. Nec obſtat tex. in l. ſi vſumfructum; nam non dicit eſſe ſine domino.

Ob. 5. Obſtat quinto contra prædicta verba *domino alieno*. In metallum damnati ſunt ſerui, & tamen dominū non habent l. in metallū 12. de iur. fiſ. vbi in metallū damnato relictum nil valet, & nō quæritur fiſco, cùm non ſit ſeruus fiſci, ſed pœnæ. Illud idem dicitur in l. 3. ff. ijs, quæ pro non ſcript. ibi ſeruus eſt pœnæ non Cæſaris.

Reſpōde nil obſtare, nam Iuſtinianus in definitione ſeruitutis loquitur de ſeruitute, & eius origine, quæ cùm ſit iuris gentium, nunquam eſt ſine domino. Illi autem, qui atrocitate ſceleris in metallum damnantur, ideſt maximam capitis diminutionē patiuntur, ob ignominiam ſerui fiunt, & aliorum ſeruorum deterioris conditionis. Nam alij ſerui capaces ſunt quærendi ſaltem domino tot. tit. inf. per quas perſ. nob. acq. *Nota.* ſerui autem pœnæ pęnitus incapaces ſunt quærendi, & hoc intuitu non dicuntur, habere dominum, vt ignominioſius vitam agant, ſed pæna eorum domina nuncupatur: Tamen in metallum damnati, cùm verè ſint ſerui, verè dominū habent l. fruſtra 8. in fin. C. de ſenten. paſſ. ibi fiſci cæpit eſſe mancipium. Sed quoad acquiſitionem, vt deterioris ſint conditionis ſeruorū iuris gentium, cenſentur eſſe magis ſerui pœnæ, quàm Cęſaris, & Fiſci. Ita conciliantur iura inter ſe videlicet l. in metallum 12. de iur. fiſci l. 3. ff. de ijs, quæ pro non ſcript. hab. cum l. fruſtra 8. C. de ſent. paſſ. Nā duæ ſuperiores leges non negant, damnatum in metallum eſſe ſeruum Cæſaris, aut Fiſci, ſed *Conciliātur plura iura.*

quoad

quoad acquisitioně inquiunt, magis esse seruos pęnæ, quàm Fisci, & Cæsaris aduerbium magis comparat, non aufert. Nec obst. pœnam dominam dici non posse, quia res inanimata sit, nam etiam ascriptitij dicũtur serui terrę, & terram habere dominam cap. 2. de Iudæis Aldobrand. hic. Hinc resoluitur, quemlibet seruum qui verè seruus sit, siue iure gentium, siue iure ciuili habere dominũ, ideo optimè Imp. seruitus est constitutio iuris gentium, qua quis dominio alieno, &c.

Ob. 6. Obstat sexto in vltimis verbis *contra naturam subijcitur.* Nam Arist. politi. 1. ait, quosdam esse natura seruos, quosdam natura liberos. Cælius quoque Rhodig. antiq. lect. libro 13. c. 47. considerat, Naturam in omnibus rebus posuisse dominium, & seruitium. Vt in Harmonia semper vox aliqua dominatur, siue malis harmoniam elementorum in corpore mixto rationem accipere, in quo vnũ aliquod semper prædominatur. Et homo constat ex anima, & corpore, quorum alterum vi quadam naturali imperat, paret alterum: quare Sallust. ait, Animi imperio corporis seruitio magis vtimur. Hinc etiam naturæ prouidětia quidam ad imperãdum optimi, quidam ad seruiendum vtiles, nascũtur. Igitur seruitus est secundum naturam.

Responde faciliter cũ Aristotile, nam loquitur Imp. de seruitute ex occupatione iuris gent. & Arist. de quadam indole naturæ, qua aliquis videtur in hanc lucě susceptus, vt imperet, alius, vt seruiat. Ideo Agesilaus dicere solitus erat. Eos qui Asiam incolerět esse liberos malos, seruos autem bonos.

Obstat septimo, & postremo loco, etsi Aris. in vario sensu locutus fuerit, tamen seruitutem non esse contra naturam; nã siue loquamur de iur. nat. primæuo, siue de secũdario hoc falsum deprehěditur. *Ob. 7.* Iure naturæ primęuo non datur neque libertas, neque seruitus; nam competit animantibus vniuersis, vt dictũ fuit: Iure autem nat. secũdario nil est cõtra naturam, cum ipsum ratione nat. suadente factum sit, vt sup. de iur. nat. videmus. Quomodo ergo seruitus potest esse cõtra naturam, & secundum rationem naturæ?

Re-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

Responde seruitutem vno intuitu posse dici contra naturam, alio secundum naturam; nam seruitus habet causam à bello, & nomen ab eo, quod seruiant manucapti, à quo etiam mancipiorum nomen, §. serui hoc tit. l. 4. ff. de stat. homin. Bellum autem habet causam à necessitate §. ius autem gentium sup. de iur. nat. gent. &c. necessitati autem consuluit natura, vel mortales ratione nat. §. ius autem ciu. versic. quod verò naturalis ratio supra de iur. nat. Igitur seruitus dicitur contra naturam, quia in prima constitutione naturali nulla erat seruitus, sed nõ est contra naturam, quia ex necessitate ortum est bellum, quod pater est seruitutis: tales autem necessitates à naturali ratione proficiscuntur.

Qui sint Serui. Cap. V.

§. *serui.* SErui, aut nascuntur, aut fiunt: nascuntur ex ancillis nostris; fiunt autem iur. gent. idest captiuitate, aut iure ciuili, cùm liber homo ad pretium participandum se venundari passus est. Ita Imper. in §. serui hoc titulo concord. l. 5. ff. de stat. hom. §. item ea, quæ ab hostibus inf. de rerum diuis.

Obst. primo, in primo verbo *nascuntur*; nam nemo seruus nasci potest cùm mortalium natales sint pares, ideo, qui Principum beneficio in libertatem vindicatur, dicitur restitui natalibus, ita legitur in tit. 21. lib. 11. Pandect. de naturali restit.

Respõde natales esse in duplici differentia; Alij sunt particulares, scilicet ij, per quos quispiam in hanc lucem prodit; Alij vniuersales omnium gẽtium, idest ij natales in quibus ab initio mortales omnes nascebantur, l. 2. ff. de natal. rest. Hi liberi sunt, & intacti, quemadmodum æuum illud ante occupationem iuris gentium. Illi particulares, serui les esse possunt ex ratione iur. gent. nam isto iure, qui nascuntur ex ancillis dominio nostro subiectis, dicuntur serui nati ex dispositione iur. gent. ea ratione, qua factum est, vt partus ventrem sequatur, partus autem cedit ventri, quemadmodum sata cedunt solo, sup. de rerum diuis. mater enim solo comparatur, vis patris sato. Cuius rei simulacra etiam in animantium genere conspiciuntur *Obseru.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

ciuntur l. cum legitimæ 19. l. lex naturæ 24. ff. de stat. hom. ideo partus ex ancilla susceptus seruus est iur. gent. & dicitur nasci seruus.

Ob. 2. Obstat secundo, in verbo *ex ancillis*. Nam denominatio fit à nobiliori: nobilior est mas fęmella. Igitur denominatio partus est à patre sumenda. Accedit, quod in generatione maior pars est viri l. lege duodecim Tabul. ff. de suis, & legit. Arist. libro 4. de animal. ideò potius dicēdum videbatur ex seruis nostris, quàm ex ancillis.

Responde, partum vētrem sequi, quemadmodum sata cedunt solo, vt iam supra firmatum est; licèt hæc regula in multis fallat, vt not. gloss. in l. ne diutius 20. in verbo ventrem, C. de agricol. & censit. libro 11. Sed in proposito nostro sequitur ventrem, cùm patrem iure ciuili non habeat, quem sequatur; cum libero, & ancilla non constat matrimonium l. cum ancillis 3. C. de incest. nupt. Quare, vt vulgo concepti, ita ex ancilla nati ventrem, idest matrem sequūtur; Nec attenditur in hoc dignitas, quòd dignior sit mas sed certitudo, nam certior est mater, quæ peperit, cùm patris intuitu adsit incertitudo, quia vulgo conceptis ęquiparantur partus.

Obstat tertio, in illis verbis *Cùm liber homo ad pretium participandum se venundari, &c.* Nam venditio est iuris gentium, §. ius autem gent. supra tit. primo, l. 5. ff. de iust. & iure; Ideò non erit seruus iure ciuili, qui se vendi patiatur, sed iure gent. Ob. 3.

Respondet Aldobrandin. quamuis vēditio sit iuris gentium; tamen seruus fit non constitutione iuris gentium, sed dispositione, & censura iuris ciuilis.

Tu apertius dic, emptionem, & venditionem nil operari in libero homine vendito, vt seruus fiat, nec ne si pretium participet, sed ius ciuile operari; ideò dicitur inuentum iuris ciuilis, & venditio stat in suo esse, & puritate iuris gentium.

Obstat quarto. Admittimus, seruū fieri iure ciuili per venditionem, sed quomodo potest pretium participare? nam quicquid acquirit seruus, acquirit domino, vt supra per quas pers. nob. acq. Igitur non poterit pretium participare. Ob. 4.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

Respondet Bart. dici participare abusiuè, & fictione quadam; sicut consilium domini dicitur esse serui eo conniuente l. 4. ff. de manumiss. seu participat, antequam in domini dictionem veniat, & mutet prænomen, agnomen, familiam, &c. quæ solutio magis placet.

Quæ sint seruorum discrimina.
Cap. VI.

§. vlt. IN seruorũ conditione nulla est differentia, in liberis autem multæ Imperator in fi. huius titu. concord. l. 5. ff. de stat. hom. & l. 33. de reg. iur.

Ob. 1. Obstat primo in verbo, *conditio*, quod verbũ ambiguum est; significat enim statũ, fortunam, modum, l. vlt. §. vlt. ff. de ædil. edic. in quodlibet sensu capiatur dub. oritur. Si pro statu; serui nullum statum habent, §. seruus sup. de cap. dim. & l. 3. ff. illo titulo. Si pro fortuna; varia est fortuna seruorum, bona, melior, deterior; text. est in l. ne diutius 20. ibi Peior fortuna C. de agr. & cẽs. lib. 11. Si pro modo seruiẽdi; Nota. idem ergo malè positum verbum conditio.

Ob. 2. Responde conditionis verbum impropriè respectu seruorum designare statum, & fortunam, & modum: propriè autem ipsam seruilem vitam, quã pariter agunt vniuersi dominio alieno addicti. Cõditio igitur hoc loco designat intrinsecè qualitatem seruilem, & genus seruorum, argumẽto l. 4. vers. tria onera, ff. de iusti. & iur.

Obstat secundo loco, dum dicitur *nulla est differentia*; quia alij sunt serui publici, alij priuati, & priuatorũ deterior est conditio. Rursus alij sunt ascriptitij, censiti, originarij, notarij, mediastini, quorum omnium naturam, & cõditionem expendit diligentissimè Franc. Conn. commenta. iur. ciu. lib. 2. cap. 10. Igitur in seruorum conditione aliquę sunt differentiæ.

Responde, si cõferantur inter sese publici serui cum priuatis publicorum esse meliorem conditionẽ. Sed hinc non est sermo de publicis, sed de priuatis, in quibus nullum est conditionis discrimen, nam licèt alij sint ascriptitij, censiti, &c. hæc sunt officiorum non intrinsecè, seu status, seu conditionis, aut qualitatis seruilis discrimina. Ideò Imperator in

d. l.

d.l.ne diutius, vt ambiguitatẽ veterum dubitantium, an melior esset conditio ascriptitiorum, & seruorum auferret, respõdit; Omnes sequi naturam ventris, igitur constat, in statu seruili nullam esse differentiam.

Ob. 3. Obstat tertio loco in verbis illis, in liberis autem multæ, imò nullæ, vt in conditione seruili dictum est, nam nemo est liberior, & ingenuior alio.

Respõde libertinos non esse paris conditionis cum ingenuis, obsequia namque patronis præstant, & est tertium genus, quod inoleuit ex iure gentium l.4. ff. de iustitia, & iure liberi, & ex his serui, & libertini.

Obstat in nouissimo loco liberis esse plures differentias, quàm recenseat Imper. Duæ per Iustinianum sunt liberi, ingenui, libertini. Additur alij sunt sub potestate parentum, alij sub potestate Tutorum, & Curat. confirmatur, per uerbum, multæ, nam multitudinem designat. Igitur plures, quàm duæ differentiæ. Ob. 4

Responde, multitudinẽ dici de duobus l. multis, C. de liberal. caus. not. passim scribentes. Nec refragratur, alios esse sui iuris, alios sub potestate, &cæt. nam esse sub patre, vel tutore non est conditio statũ intrinsecè respiciens, sicut conditio, & status ingenuitatis, & libertinitatis.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

IN TITVLVM QVARTVM DE INGENVIS.

Tit. 4.



Rosequitur Imp. propositæ diuisionis personarũ filium, & primo loco quærit, qui sint ingenui. Nos breuiter hũc tit. ad quatuor capita redigemus explicantes.

filium

Cap. 1. Quid sit ingenuus.

Cap. 2. Vnde dictus, & differentiæ, quæ sint inter gentilem, & ingenuum.

Cap. 3. Quem sequatur ingenuus.

Cap. 4. Quæ desiderentur, vt quis dicatur ingenuus.

Quid sit Ingenuus.
Cap. 1.

Princ. tit. INgenuus est is, qui statim, ac natus est liber est. Ita Imperator in principio tituli nostri concordan. l. 5. §. ingenui, ff. de stat. homin. l. ingenui 8. C. de inge. & manumis. vbi ingenui nascuntur, libertini constituuntur manumissione.

Ob. 1. Obstat primo, diminutè Imperatorem definiuisse ingenuum, nàm ingenuitas alijs quoq; modis acquiritur, quàm natiuitate Vlp. in l. ingenuum 25. ff. de stat. hom. l. 1. & vlt. ff. de natal. restit. Igitur malè, &c.

Responde distinguẽdo, nã aut loquimur, aut verè, aut fictè, verè, ingenuitas attẽditur à natalibus, nam vitæ primordia acquirimus; fictè vero, iuris ciu. interpretatione, vt in legibus allegatis, vbi vt finis aliquando litibus imponatur eũ etiam accipere debemus ingenuũ, de quo sententia lata est, seu cum quis Principis beneficio natalib. iuris naturæ restituitur, cùm quicquid Principi placet legis habeat vigorem, §. sed quod Principe sup. de iu. nat. &c. Non itaque diminutè Imperator, quia verè nascentes ingenuos definiuit. Obseruat.

Obst. 2. Omnes igitur homines dicentur ingenui, cũ vnusquisq; natalibus liber nascatur. Natalia enim cũ sint à natura, Ob. 2.

tura, non tantum illa prima natalia, de quibus in l. 2. ff. de natal. restit. sed & alia. Consistūt enim in facto à natura inuento, & facta sunt semper eadem, & ęqualia. Ideò Tacitus ait; lib. 1. Hist.

Nasci, & generari fortuitum. Si igitur nasci hominibus, quoniam generari contingit natura, non iure, & naturalia sunt paria, & promiscua omnibus, vt supra de iur. natural. docuimus. Igitur vnusquisque nascitur ingenuus.

Responde; aut loquimur ante considerationē iur. gent. vel post. Si primo casu vnusquisque nascitur liber, & ingenuus: Secundo casu, quo plures hominum differentiæ constitutæ sunt, plura quoque, & diuersa natalia sint necesse est. Nec obstat, naturalia non mutari; quia non mutatur vis naturæ, sed diuersa est consideratio d. l. 33. de reg. iur. nam idem homo diuersa consideratione, dicitur nasci liber, & seruus.

Vnde dictus ingenuus, &c.
Cap. 11.

INgenuus videtur dictus ab ingenio. Ingenium veteres pro natura vsurparunt. Ita Non. Marcel. in lib. latin. voc. designat enim indolem, & insitam natura proprietatē hinc ingenium dicunt latini, quod natiuum est: Ideo Lucret. ait.

„ Vnde mare, ingenui fontes,
„ extremaque longè
„ Flumina, &c.

Quo loci ingenuos fontes vocat sua sponte naturali alueo fluētes, nullo artificio angustatos, & tamquam in seruitutem redactos. Qua significatione ingenui dicebantur olim, qui ipsi, maioresque ipsorum seruitutem nunquam seruiuerint: maiores autem vsque ab æuo repetebant. Sed vsus postea obtinuit, vt is ingenuus dicatur, qui statim, ac natus est liber est; siue ex duobus ingenuis; siue ex libertinis duobus; siue ex altero libertino altero ingenuo, atque ita ingenuorum nomen dilatatum est.

Obstat idem videri ingenuum, & gentilem, cū vtrumque nomen prærogatiuam quandam natalium designet. *Ob.*
Sed gentilitas est iuris ciuilis, & non deducitur nisi à patre l. 1. ff. de mun. & honor. Igitur falsum, quod dictum, siue altero libertino, ingenuo al-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

altero, vel patre ſeruo, & matre libera naſci ingenuum.

Reſponde, & aduerte hoc nomen gens multitudinis eſſe notam, quæ plus vno deſiderat, & dici quaſi genus, à quo verbo nomen ſibi fecit abſtractione, *v*, litteræ. Diſcrepant igitur inter ſe, quòd ſtirpem, & originem genus ſignificat, gens quaſi generum, & originum quãdam multitudinem. Exemplum affert Conn. luculentum. A patre genus duco, gentem non habeo; ſed ab illo iã habebit filius meus, qui me, & patrem meum poteſt oſtẽdere ſui generis auctores. Vnde Papinianus hæc tanquam diuerſa poſuit in tit. de probat. Neque idem ſunt gentiles, & ingenui, quia capite diminutus manet ingenuus; quanquam gẽtem ſuam amittat, & nouam aſſumat. Sed ingenuitas ornamenta ſua habet à natura, ſolaque libertatem reſpicit, quam ab auis ducit. Gentilitas eſt iuris ciuilis, referturque ad agnationis facultatem ab ipſa agnatione differens ſola generis antiquitate; nam agnationẽ longius, quàm à patre ſumere non eſt neceſſe.

Quem ſequatur Ingenuus. *Cap. III.*

IVſtinianus in primo huius tit. in ſecundo reſponſo ait, ingenuitatẽ attendi à Matre; ita vt nil interſit, an quis à matre libera naſcatur, & patre ſeruo; nam nihilominus ingenuus naſcitur; concord. l. 3. C. de ingenuis & manu. & l. 5. ff. de ſtat. hom. *Princ. in.*

Obſtat primo, Filij patris, non matris conditionem ſequuntur l. cum legitimæ 19. ff. de ſtat. hom. l. ſenatoris filium 5. ff. de ſenat. ergo, &c.

Reſponde, & obſerua. Aut loquimur de ingenuo, nato in figura matrimonij, & ex legitimis nuptijs, & tunc patrem ſequitur, quoad honores originem, & familiam d. l. 19. ff. de ſtat. hom. Aut loquimur de ingenuo nato ex libera, & ſeruo inter quos iure ciuili non conſtat matrimonium l. 3. C. de inceſt. nup. l. ſerui 33. C. de adult. Cùm igitur iure ciuili patrem non habeat, quem licitè monſtrare poſſit, eſt ac ſi non habeat ex regula l. nepos 125. ff. de verb. ſignif. ideò vulgo conceptis æquiparatur hic in text. & matrem ſequatur ne-

cesse est. De hoc ingenuo loquitur Imperator.

Obstat secundo nomē ingenuus designat; tam ex iustis nupt. susceptum, quàm eum, qui extra schema coniugij nascitur dicta l. cum legitimæ, 19. cum seq. de stat. homin. & Imperator cōfirmat, dum ait. *Siue ex duobus ingenuis, siue ex libertinis duobus, siue altero ingenuo, & altero libertino.* Igitur loquitur, tam de ingenuo ex iustis nuptijs nato, quàm de eo, qui ex seruo, & libera, & ita extra figuram legitimi matrimonij, ergo malè dum genericè ait, ingenuum sequi matrē. Oportebat enim distinguere, de quo ingenuo sentiret.

Sensus Imperatoris exponitur. Responde. Quamuis in genere definitus sit ingenuus, is, qui statim, ac natus est liber est, & hæc vox omnino ingenuum explicet; tamen Iustinianus hic in vers. *sed si quis* loquitur dūtaxat De eo, qui ex matre nascitur libera, & seruo, vel incerto patre, quem matris conditionem sequi necesse est. Sensus igitur Imperatoris est; Ingenuum natum ex vtroque parente libero iuxta præscriptum legum Romanarum sequi patrem, vt est tex. in d. l. 19. de stat. hom. Natum verò ex libera, & seruo (cum tali casu non detur matrimonium, sed contuberniū) matrem sequi iuxta text. l. lex naturæ 24. ff. de stat. ho. En habes distinctè, quem sequatur ingenuus.

Quæ desiderentur, vt quis dicatur ingenuus.
Cap. IV.

DEsideratur libertas vno saltem triū temporum *conceptionis, gestationis,* aut *partus* d. l. 5. ff. de stat. homin. rat. est in tex. ne calamitas matris officiat fœturæ; Ideo factum est, vt quoties vergit emolumentum partis pro nato habeatur l. qui in vtero 26. ff. de stat. hom. l. quod dicimus 231. ff. de verb. significatione. *Sequitur explicatio.*

Ob. 1. Obstat primo debere inspici duntaxat tempus cōceptionis, nam videmus, cōceptum priusquam pater Senatu motus esset, licèt nascatur post amissam patris dignitatem, filium tamen Senatoris dici l. emancipatum 7. §. si quis conceptus, ff. de Senat. Et si pater ordine decurionum moueatur post filij conceptionem, ea

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

calamitas filio nihil detrahet, l.2.§.in filijs,ff. de Decurion. Similiter conceptus è ſeruo, non eſt filius decurionis, licèt poſtea pater natalibus ſit reſtitutus l.ex liberab. C.de ſuis, & legit. Sicuti igitur, quo ad patrem attenditur cōceptionis tempus, ita quo ad matrem; nam in vtroq; vertitur fauor filiorum.

Reſpōde rationem eſſe diuerſam; nam honorum intuitu patris conceptio attēditur, non aliud tēpus; quia etſi non naſcatur filius decurionis; tamē liber naſcitur, & honores conſequi poteſt in R. P. Quo ad matrem, ſi naſcatur ſeruus procul eſt ab omni communione ciuium l.33.de reg.iur. Meritò ſit amplior in libertate interpretatio, quàm in honoribus, in ijs vnicum tempus inſpicitur, in illa ſufficit vnum ex tribus, vt dictum fuit.

Obſtat ſecūdo dici, quempiam ingenuum etiam ex matre perpetuo ſerua l.penul.C. de his quibus, vt indig. vbi ſi ancillæ fuerit libertas relicta, & ea interim, dum hæres differt adire pariat; partus naſcitur ingenuus, & tamen nullo tempore libertatis fuit compos mater. Ob.2.

Reſponde, matri eſſe relictam libertatem, cui competere debebat ante partus editionem, ſed hæres fuit in mora; Ideo nihil mirum, ſi partus tamen naſcatur ingenuus, cui nocere nō debet hæredis mora, aut tergiuerſatio.



IN

IN TITVLVM QVINTVM DE LIBERTINIS.

Tit.5. 
Vm in liberis illud sit discrimen, nempè alios dici ingenuos, alios libertinos §.vlt.sup.de iur.person. Explicato, qui sint ingenui, sequitur tract. de libertinis. Nos expendamus hæc breuiter.

Cap.1. Qui sint libertini.
Cap.2. Vnde dicti.
Cap.3. Quomodo fiant.
Cap.4. Quę fuerint eorum differentiæ.

Qui sint Libertini.
Cap. I.

Princ. tit. Libertini sunt, qui ex iusta seruitute manumissi sũt. Ita Imperator in princ. tit. nostri, I.C. in l. manumissiones 4. ff. de iust. & iur. & in l. libertini 6. ff. de stat. hom.

Ob.1. Obstat primo. Hi non vocantur libertini, sed liberti; nã si manumitto seruũ meum ille erit libertus mihi, vt in tit. ff. de oper. libert. & de obseq. & libert. præst. Terent. primo act. in Andria; Emi te à paruulo, vt esses libertus mihi.

Nota. Responde idem esse libertum, & libertinum; sed hoc reperiri inter eos differentiæ. Quod homines libertini dicũtur absolutè quicumque sunt manumissi, liberti verò, qui habent patronum. Vlp. l. vlt. ff. si libert. ing. esse dic. Itaque, idem homo, & libertus, & libertinus dici potest, libertus respectu domini, à quo libertatem consequitur, & libertinus respectu status, & conditionis.

Ob.2. Obstat secũdo superfluum esse Imperatorem; nam cui rei dicere ex iusta seruitute manumissos libertinos esse? nam ex iniusta seruitute quis non conijcitur in seruitutem, vt captus ab hostibus piratis, seu latronibus l. hostes 24. & l. latrones 4. ff. de capt. &c.

Responde Imperatoré non loqui de seruitute iusta, vt remoueat seruitutem latronum, & piratarũ; nam perspicuum

est

eſt captos ab his reſtare ingenuos, ſed de ſeruitute iuſta, ideſt quę re ipſa, & iure ſeruit, l. 2. ff. de adop. non opinione, & errore tantùm, vt in §. vlt. ſup. tit. primo, ideò non ſuperfluus.

Vnde dicti Libertini.
Cap. II.

Libertini dicti ſunt à libertate, quàm cùm per manumiſſionem conſecuti ſint, quaſi ab illa progeniti videntur; nam cùm in ſeruitute eſſent pro nullis habebantur; ideò adepta libertate ab illa facti, & proditi videntur, &
Nota. dicuntur libertini, nam quoties nomina diminuuntur deſignant ortum ſemper à re, cuius habent nomen, tam in rebus animatis, quā inanimatis. Exemplo à cedro factum, cedrinū vocatur, ab ęquo æquinum, ita ab amita amitini, à libertate libertini.

Ob. Obſtat. Si à libertate libertini dicerentur; omnes, qui ſunt liberi hoc nomine libertinorum appellarentur, nam etiam liberi à libertate dicuntur, §. libertas ſup. de iur. perſ.

Reſponde cùm iure gent. tria hominum genera inoleuerint, tria facta ſunt vocabula, liberi, & ex his contrarij ſerui, & libertini l. 4. ff. de iuſt. & iur. Ideò, etſi per æquè omnes, qui libertate potiuntur vno nomine, vel liberi, vel libertini appellādi ſint, tamen, vt diſpar eſt conditio eorum, qui nullam ſeruitutem ſeruiuerūt, ideò hi liberi, illi libertini nuncupati fuerunt.

Quomodo fiant libertini.
Cap. III.

Fiunt autem libertini per manumiſſionē iure gent. §. 1.
inductam. Manumiſſio autem eſt datio libertatis, vt in §. 1. noſtri tit. & in d. l. manumiſſiones 4. cum no. Dd. ff. de iuſti. & iu.

Obſtat primo manumiſſionem potius eſſe perēptionem ſeruitutis appellandam cùm ex ea ſeruus, quà ſeruus eſt intereat, & velut liber naſcatur. Ideò à Principe libertate donati natalib. reſtitui dicuntur. Confirmat tex. in l. ſi mihi 92. ff. de ſolu. & liberat. vbi manumiſſio dicitur ſimili morti; ideò videbatur dicenda peremptio ſeruitutis, non datio libertatis. Ob. 1.

Reſpōde quāuis per manumiſſio-

missionē seruitus perimatur, & Pompon. in dicta l. si mihi inquiat, esse similem morti ma numissionem: tamen cùm per mortem naturalem perimatur seruitus, non potuit rectè definiri manumissio peremptio seruitutis, cùm etiam mors id præstet, ideò dictum est datio libertatis, quæ licèt contraria sint; tamen finis est idem.

Obst. secundo posito manumissionem non posse dici peremptionem seruitutis: tamen non debuit dici datio libertatis, sed detectio: nam naturalis libertas velata per seruitiū detegitur beneficio manumissionis. Est enim libertas iure naturę necessitate instans, seruitus est accidens, quo sublato, veluti nube remota, libertas elucescit. Sic excussio spichæ nō facit granum, sed detegit l. adeo 7. ff. de acq. rerū dom. §. cùm ex aliena infra de rerum diuis.

Responde, manumissionem esse dationem, quia Dominus manumissor dat seruo ius, quod in ipsum habet, nā per seruitutem quis dominio, & iuri alieno subijcitur, per manumissionem seruo illud dominium, & ius datur, & per consequens libertas; ideò manumissio non solùm est detectio, sed datio.

Quæ fuerint eorum differentiæ. Cap. IV.

Tripertitus olim fuit libertinorum status, nam aut erant ciues Romani, aut latini, aut dedititij, §. libertinorum hoc titulo, licèt sit hodie hoc discrimen sublatum, & omnes peræquè Romana donantur ciuitate. Vt autem nihil antiquitatis pœnitus ignoretur, optimum duco aperire rationes cur triplex olim fuerit libertinorum status. Sciendum autem est, quemadmodum quispiam in sua persona tripliciter patiebatur, ita tripliciter honestabatur; ideò Asconius ait. Triplex libertas, capitisque minutio triplex. Sex autem modi libertatis largiendæ aderant. Tres ciuiles, naturales tres. Ciuiles; censu, vindicta, testamēto. Naturales per epistolam, inter amicos, aut per mensam. In his enim declaratio quædam domini voluntatis deprehendi poterat, ciuitas tribui non poterat, cùm solemne ius cessaret. *§. libertinorū.*

Vltra alios etiam animaduerto *Obserua.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

uerto hæc tria genera dandæ libertatis non tantùm numero, verũ etiam qualitate cum triplici genere capitis diminutionis per contraria conſonare. Nam ſicuti maxima capitis diminutione libertas, & ciuitas amittitur; ita prima manumiſſione, quis ciuitate, & libertate Romana donabatur. Secunda capitis diminutione ciuitas duntaxat, non etiam libertas adimi ſolita erat; ita latina manumiſſio libertatem pręſtabat, non autem facultatem teſtandi, & ita ciuilem actum largiebatur.

Poſtremò minima capitis diminutione, neque libertate, neque ciuitate quiſpiã priuabatur, ſed tantum ſtatus mutatio contigebat. Ita dedititiæ manumiſſionis ius erat in eo, vt melior fieret cõditio ſerui, neque libertate, neque ciuil. facultate acquiſita.

Tit. 6.

IN TITVLVM SEXTVM QVIBVS EX CAVS. MANVMITTERE NON LICET.



Vpra de manumiſſione innotuit, nunc ne fortè quiſpiam exiſtimet, temerè omnes ab omnibus omni tempore manumitti poſſe; ponit, qui manumittere poſſint, & qui manumiſſi liberi non fiant. Nos videbimus hæc pauca.

Cap. 1. Quid ſit manumittere in fraudem.

Cap. 2. Qui ſint effectus manumiſſionis fraudoloſæ.

Cap. 3. Qua ętate quis verè poſſit manumittere.

Quid ſit manumittere in fraudem. Cap. I.

IN fraudem creditorũ manumittere eſt animo fraudoloſo dare ſeruo libertatẽ, propter quam ſoluendo eſſe deſinat. Ita concurrunt duo conſilium, ſcilicet fraudandi, & euentus fraudis, quia ſoluen-

uendo non est ob datam libertatem. De quibus est tex.in §. in fraudem hoc tit. in l.in fraudem 10.ff.qui,& à quibus manum.l.si quis cùm haberet 15. ff.quę in fraud.cred.l.1.C.qui man.non poss.

§. in fraudē hoc tit.

Ob.1. Obstat primo tex. in l.ergo 4.§.in fraudem, ff. de fideico. libertatibus l.vlt. C.qui man. non poss. vbi euentus duntaxat,an scilicet creditores fraudentur in manumissione spectatur, ergo malè, dū dictum est euentum, & consilium spectari.

Respondent interpretes, cū discrimine inter directam libertatem,& fideicommissariam. Libertas directa ea est, quam seruus directè à manu domini accipit, fideicommissaria, quā ab alio obliquè ex voluntate Testatoris, vt in tit. ff.de fideic. libert. Ad annullādas libertates directas duo desiderantur, vt hinc scilicet euentus, & consilium, ad annullandas fideicommissarias euentus tantum l. 4. §. si quis autem, ff.qui,& à quibus, col. 1.& l.vlt. C.qui man.nō poss. Sed qualis est ratio diuersitatis? Varij varia. Aequior est sententia, eo quia Dominus grauando hęredē videtur grauare quatenus ea liceant,quæ mandantur, & non præiudicēt creditoribus l.si pater 12. ff. quæ in fraud. cred. Si ergo cōtingat fraudari creditores, non est præsumendum Testatorem hoc voluisse,& per consequens videtur voluntas deficere testatoris, nec non hęredis, quia hæres grauatus dare libertatem per fideicōmissum non dicitur voluntate hoc facere l. 1.C.de libert.& eorum lib. Nil mirum igitur si ex solo euentu reuocentur libertates per fideicommissum. At in directis adest voluntas testatoris expressa;Ideò vtrumque exigitur, nec error cùm sit causa remota excludit consensum Balduin.in l. 1.colum. 20.ff.de confess.l. regula 9. §. qui ignorauit,ff.de iur. & fac. ignor.

Igitur perspicuum fit,eum, qui consilio, & euentu dat libertatem in fraudem creditorum nihil agere, vt in princ. huius tit.

Obstat secundo loco licere domino,qui soluendo non est seruum suum cū libertate manumittere, & tamen libertas in fraudem non dicitur dari, §.licet hoc titulo §. primo, supra de hæred. qual.& differ.l. Ob.2.

qui

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

qui soluendo 42.ff.de hæred. inst.

Responde, prout in dicto tex.ne iniuria defunctus afficiatur.

Ob.3. Obstat tertio loco nō posse dominū iniuria affici, nam quicquid iure fit citra iniuriā est l. 1.ff.de nou.oper.nuncia. Sed res domini per creditores poterat iure vendi, quia eis debita. Igitur nulla iniuria fit domino.

Responde, bonis per creditores publica subhastatione distractis dominum notari, quam rē pluribus in locis tangit Tull.offic.2.inquiens.Non vt bis iam vidimus hastam in foro ponere, & bona ciuium voci subijcere prçconis. Claudia. quoque in 4.consul. Honorij.

Non infelices tabulæ, non hasta refixas.

Vēdit opes auidas;emptor non voce citatur.

Hāc iniuriam intelligit Imperator dum ait; Ne iniuria defunctus afficiatur.

Ob.4. Obstat quarto loco,videri iniquum ob commodum debitorum fraudari creditores, nam ne iniuria defunctus afficiatur,permittitur libertatē vni dare seruo, qui aliàs erat in bonis creditorū,& ita alteri per alterum iniqua conditio infertur contra reg.l. non debet de reg.iur.

Responde creditorum esse emolumentū,vt sciant, quem conueniant, & à quo exigant, ideò non est iniqua conditio, sed potius medela, quæ conferat saluti creditorum,& debitorum.

Qui sint effectus manumissionis fraudolosæ. Cap. II.

IS, qui in fraudem creditorum manumittit nihil agit, *Princ. tit.* quia lex Aelia Sentia impedit libertatem. Ita Imperator in primo tit.nostri l. 10.ff.qui,& a quibus. Aelius namq; Sentius Consul, qui collegam in consultu habuit.Sextium Catulum sub Augusti tempus legem tulit,qua çtas præscripta est manumissoribus,& prohibitū in fraudem creditorum dare libertates, adeo vt actus nullus sit.

Obstat.Qui alienat in fraudem transfert dominium, sed inde competit reuocatio l. si sciens 26. ff. de contrah.emptio. ergo perperam dictum est nihil agere, nam potius dicendum videbatur liber-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

tas data reuocatur.

Responde, aliud esse in libertate, aliud in alia re in fraudem data: Nam libertas data non reuocatur §. ead. lege versiculo si semel hoc tit. vbi semel causa approbata, siue vera, siue falsa non retractatur, l. si ex causa 10. §. vlt. ff. de minor. Ideò lex annullat actum, ita vt non sit opus actione reuocatoria, sicut in cęteris, quę in fraudem creditorum alienantur tot. tit. ff. & C. de ijs, quæ in fraud. §. item si quis in fraudem, inf. de act. Itaque ne fraudati creditores in reuocāda libertate incassum luctarentur, visum est, potius ab initio summouēdam esse huius difficultatis occasionem. In alijs autem rebus hoc non fuit timendum, cùm alienatio non sit à lege, tam disertè prohibita, ideò valet ipso iure, quamuis paulina actione retractetur l. si sciens 26. cum leg. seq. ff. de contrahen. empt. &c.

Qua ætate quis possit manumittere. Cap. III.

Tempore prisco nondum antiquata lege Aelia Sentia annus vigesimus desiderabatur in persona dominorum, vt libertas competeret seruis data: hodie decimus septimus sufficit, vt in §. vlt. hoc tit. nostro. §. vlt.

Obstat in ætate 17. annorum quispiam non dicitur idoneus ad Reip. munia capessenda, vt no. Bart. hic; multo minus igitur ad ciues optandos, qui Remp. administrent. Interest enim Reipublicæ maxima consultatione id fieri. Ob.

Responde ex mente Bart. ætatem 17. annorum esse incapacem iurisdictionis, non tamen carere iudicij plenitudine, ideo permittitur illam ętatem agenti postulare, & de iure respondere l. 1. §. non tantum, ff. de postul. Igitur poterit talis rebus suis satagere, & causas libertatis discernere, licèt iurisdictio, & munus publicum plenius robur ætatis desideret l. ad Remp. 8. in fin. ff. de munerum, & honor.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

IN
Tit. 7. # TITVLVM SEPTIMVM
DE LEG. FVS.
CAN. TOLL.



Ergit narrare modū præscriptum manumissoribus ipsumque tamquam inuidū antiquat in hoc breuissimo titulo cum quo consonat l. vnica, C. de leg. Fus. Can. subl.

Duo præstanda sunt. Aperienda ratio Fusiæ Caniniæ legis, & ratio nouissima Imperatoris.

Titul. totus. Tempore prisco (vt disertè Balduinus enarrat) multi iactantia, gloriaque ad posteros libertates vltra ciuilem modū relinquebant in testamentis. Narrat .n. Diony. Halicarn. se multos vidisse, qui stulta quadam, & profusa honoris ambitione vniuersos seruos testamento liberos esse iusserūt, vt funus duceretur magna pileatorum frequentia. In qua pompa quidam erāt recens dimissi è carcere, malefici, mille supplicia cōmeriti. Quare Fusius Caninius (quisquis fuit parū liquet) legem tulit, qua frœna sunt iniecta huiusmodi prodigalitati, & modus pręscriptus, quem egredi nefas erat; Nam à duobus seruis vsq; ad decē testamento manumittere licebat partē dimidiam, à decem, vsq; ad triginta tertiam, à triginta vsque ad 100. quartā, à centū vsq; ad 500. quintam. Neque vlli amplius, quā centū manumittendi ius erat. Hęc fuit rat. legis Fusiæ Caniniæ promulgandę. Ratio vero Imper. abrogādæ legis fuit fauor libertatis, & nouissimę voluntatis, cui fauent leges l. 1. C. de sacros. Eccl. Censuit igitur Imperator æquius aperiendam esse viam libertatibus, & laxanda fręna manumissionum, ne Republica seruis repleatur, & ea potissimum ratione motus est; quia quicquid inter viuos permittitur, si non sit dispar ratio, permissum videtur in testamento. Quare legis Fusiæ Cann. dispositio hodie non obtinet, &c.

IN

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

IN TITVLVM OCTAVVM DE HIS, QVI SVNT SVI, VEL ALIE. IVR.

Tit. 8.



Rincipe personarum partitione absoluta, homines in liberos, & seruos scindente, sequitur secunda, sui iuris quosdam esse enarrans, quosdam alieno iuri subiacere: rursus eos, qui alieno subijciuntur imperio, subdistribuit, nam, aut sunt sub potestate parentum, aut sub potestate dominorum. Breuis est titulus pro quo expendendo hæc perpendemus.

Cap. 1. Quid sit potestas dominorum in hoc titulo.

Cap. 2. Quã lata fuerit antiquitus.

Cap. 3. Quid iuris sit hodie.

Quid sit potestas dominorum. Cap. 1.

POtestas dominorum est ius à gentibus inductum vitam, & fortunas seruorum dominis mancipans, cum modo iure ciuili præscripto.

Ita lubet potestatem dominicam describere, de qua Iuriscõsulti ne verbum quidem. Quæ quidem descriptio desumpta est ex medullis tit. nostri, & l. 1. ff. eod.

Dicitur *ius* ex l. ius plurib. 11. ff. de iustitia, & iure, nam potestas est familia tenus l. potestatis, 275. ff. de verborum significatione. Igitur accipe verbum iuris, & potestatis hic non tam fusè, vt de iure gentiũ, sed quoad ius ciuile l. nam ciuium 4. ff. hoc tit.

Obstat primo, si verbum *ius* accipitur pro potestate familia tenus: igitur, qui familiam non habet, id est filios, licèt seruum habeat, hoc ius potestatis non habebit, quod videtur incongruum. Ob. 1.

Hæc obiectio conducit tyroni, vt intelligat ex responsione, vnumquemque, qui sui iuris sit, & præsit domui suæ, quamuis vxorem, & filios nõ habeat dici patrem familias, l.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

3.ff.de liber.exhiben.l.4.ff.de his, qui sunt sui, vel alieni iuris.

Intellige quoque verbum *familiæ* intuitu seruorum dominium designare, d. l. potestatis 275.de verborum significatio.

Dicitur *à gentib. inductum*, §.1. hoc titulo ibi, quæ quidem potestas iurisgentium est §.seruitus,infra de iur.person. ratio redditur in tex.§.1.nam apud omnes gentes peræquè animaduertere possumus, dominis in seruos vitæ, necisque potestatem esse, & quicquid per seruum acquiritur, domino acquiri, vt infra per quas pers. &c.

Ob. 2. Obst. Secũdo Imò potius videtur esse iuris ciuilis: nam superior partitio de iure personarum est iuris gẽtium; hęc iuris ciuilis; quia potestatem respicit familia tenus, vt dictũ est, & ex titulo sequenti apparet, qui titulus est portio huius diuisionis, vbi agitur de potestate patris, quæ iuris ciuilis est l.nam ciuium 4.ff. hoc tit.si igitur partitio est iuris ciuilis, sequitur, rem partitam esse similem;ideo male dum dicitur ius a gentibus inductum.

Responde, aut loquimur de inuentione, aut de modo.

Si de inuentione, potestas dominorum, est iurisgentium l.5.ff.de Iust.& Iur.§. seruitus sup.de Iur.pers. & tex. hinc in princ. Si verò de modo, cùm hæc potestas sit legib. Romanis coercita, & intra septum rationis redacta, animaduertẽdũ est, potestatem popul. Romani non esse eam, quæ apud omnes olim gentes peræque obseruabatur. Ideo cõstat origine esse iurisgentium, forma iuris ciuilis. Meritò adijciuntur in calce descriptionis nostræ verba *cum modo à iure ciuili permisso*.

Dicitur *vitam, & fortunas seruorum*, &c. Nam vita iure gent. seruorum in manu domini est: vt aperit tex. noster luculenter, & quia quicquid acquirit seruus id domino acquirit vt videbitur in tit.inf. ꝑ quas pers. nob. acq. nam cùm ipse possideatur, aliquid possidere prohibetur l. 1. §. sed per eum ff.de acq. poss.

Obst. Tertio Imò quicquid acquirit seruus sibi acquirit §. sed cum factum C.de stip.seruorum. Ob. 3.

Responde in stipulatione aliquid faciendi corporaliter tenetur principe loco seruus,

quia

quia facta sunt iuris naturæ cuius seruus est capax l. legatum 10. vbi gl. & DD. ff. de cap. dim. secus in acquisitione, quæ iuris est: nã tunc persona domini cẽsetur esse persona serui: nam totum domino quæritur, cùm seruus omnino iuris incapax sit.

Demum dicitur in descriptione *Cum modo à Iure ciui permisso*; *quia, vt dictum est*: licet inuentio sit iuris gẽtiũ, forma est iuris ciuilis.

Quàm lata fuerit hæc potestas.
Cap. II.

CLarè aperit textus noster prisco Romanorũ æuo dominos in seruos potestatẽ habuisse latissimam; deest vitæ, necisque. Impunè enim seruos suos exanimabant, cũ pecudum instar eos haberent l. 2. ff. ad leg. Aquil. imò ferarum bestiarum: nam quemadmodum iure Naturæ licitum est feras venando interficere; ita, & feros homines ideo in §. item ea infra de rerũ diuis. post occupationem ferarum bestiarum, ponitur occupatio ferorum hominum, cum pari passu ambulent feræ, & hostes: Ideo nihil mirum si à legibus tam liberè fuerit facta potestas dominis in seruos.

Quid Iuris sit hodie.
Cap. III.

SEd hodie fræna sunt iniecta dominis, vt in §. vltimo huius tituli: Visum est enim tam latam potestatem, & impunitatem magnam esse sæuiendi illecebrã; ideo opus fuit temperamẽto. Quod quidem primo occidendi facultatem aufert, & mulctã infligit occisoribus dominis, ac si alienum hominem interfecerint l. inde Neratius. 23. §. si dolo ff. ad leg. Aq. Secundo ansam præripuit Diuus Antoninus sæuiendi dum constituit, vt si vltra modũ appareat in seruos inuectum, cogatur dominus bonis conditionibus seruum suum vendere, vt precium cõsequatur §. sed & maior hoc tit. Vide Macrob. In Saturnal. *§. vlt.*

Obst. Primo dum dicitur cogi dominum vendere, &c. nam nemo cogi potest emere, aut vendere l. nec emere 16. C. de iur. delib. l. sicut C. de act. l. inuitum 11. C. de contrah. empt. & contractus non nisi cõsensu fiũt l. 1. ff. de pact. *Ob. 1.*

Obserua. Responde hoc regulariter verum, sed aliquando ius solum per se expedit: puta si defuncto succedatur ab intestato: si seruus ob beneficiũ manumittatur. Interdum ius in societatem assumit voluntatem hominis. puta si defuncto succedatur ex testamento: si dominus manumittat seruum suum. Verum in ijs omnibus, si ius accomodat voluntatem suam actus valet, & si voluntas hominis obstet, non conuersa rota. Consensus namque contrahentium regulatur à iure. Iure igitur nolente venditio nulla est, etsi velint contrahentes. Iure verò volente venditio valet, & si voluntas obstet. *Ius enim quod publicum est præfertur hominis voluntati, quæ est priuata*: nam iure reguntur Respublicæ, non priuata cuiusque volũtate. Quare venditio hæc non ab hominis, sed iuris voluntate pendet.



IN TITVLVM NONVM DE PATRIA POTESTATE.

Tit. 9.



Otestate domini ca inspecta, modò paterna desquiritur pro qua expendenda tria capita conficiuntur.

Cap. 1. Quid sit patria potestas.

Cap. 2. Qua causa inducta.

Cap. 3. Qui sint, qui filios habent in potestate.

Quid sit patria potestas.
Cap. I.

PAtria potestas est ius quodam moribus inductũ, quod qui sub Imperio Roma. sunt habẽt in filios naturales, & legitimos.

Princ. tit. Descriptio hęc petita est partim ex principio tit. nostri partim ex l. 3. &4. ff. de his, qui sunt sui, vel aliur. Animaduerte, potestatem accipi eam, quę pertinet ad statum, & caput l. qui testamento 10. §. 1. ff. de testam. Aliter extra hoc ius familiæ in iurisdictione, & publico fori iure capitur l. potestatis 215. ff. de verb. signif.

Obstat primo, dum dicitur *ius moribus inductum*: nam videtur esse gentium inuentio, naturæ ratione hoc suadente. Plin. in Panegyr. ad Traian. Vis, lexque naturę semper in dictione parentum esse liberos iussit, nec vti inter pecudes, sic inter homines potestatem, & imperium valentiorib. dedit, facit l. 2. ff. de iust. & iur. ibi, vt patriæ, & parentibus pareamus. Ob. 1.

Respõde, aut loquimur de paterno imperio, quod ex veneratione, & lege naturæ parẽtes in liberos omnes vtriusque sexus suæ, & alienæ familię, apud omnes gentes habẽt, & hęc potestas quadam tenus naturalis dici potest, dicta l. secunda, ff. de iust. & iur. Ita Pli. Conn. Arist. Polit. 1. &c. Aut loquimur de potestate, quam Ciues Romani habẽt in filios ex iustis nuptijs susceptos, & hanc potestatem statim ab vr- Obserua.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

be condita Romuli conſtitutione ſortiti ſunt. Quæ multũ habet cum naturali diſcriminis, quæ mitior eſt. Ciuilis planè olim vitæ, necíſque poteſtatem continebat l. in ſuis 11. ff. de liberis, & poſthum. nec nõ vendendi oppignorandi l. vlt. C. eod. l. 2. & tot. tit. C. de par. qui filios diſtrac. Et ſi autem quodam legis temperamento mitigata eſt in multis, etiãnum iuſſum habet, tot. titulo, quod iuſſu, l. qui iuſſu 121. ff. de his qui not. infam. Denique inducit acquiſitionem bonorũ inf. per quas perſ. nob. acqu. quæ aduerſatur legi naturæ, qua nõ liberi parentibus, ſed parẽtes liberis theſaurizant l. de emãcipatis, C. de legit. hęred. aliaque multa, quæ à iure naturę reſiliunt, & ſi ab hoc fonte primum hæc poteſtas, vt & reliquum ius Ciuile defluxerit l. 2. ff. de iuſt. & iur. Deinde hæc poteſtas Ciuilis tantùm eſt familiæ, & patri duntaxat, non matri cõpetit. Naturalis reuerẽtia eſt naturę, & vtriuſq; ſexus parẽtib. debetur l. 2. ff. de in ius vocãd. l. 3. & 4. ff. de obſeq. à lib. pręſt. &c. Illa diſſolui multis modis poteſt, infra tit. quibus mod. ius pat. pot. ſoluat, hæc nullo modo l. 7. C. de in ius vocan. vt nec reliqua iura naturæ, §. penult. ſupra de iur. natu. & certè illa iura vitæ necíſque, vendendi, alienandi, mancipandi, longiſſimè à pietate naturali recedunt. Ac denique quantum intereſt, inter ius naturæ, & familiæ, tantum intereſt inter reuerẽtiam naturalem, quæ parẽtibus debetur l. 2. & 3. ff. de obſeq. à lib. præſt. & inter poteſtatem hanc ciuilem.

Obſtat ſecundo, & ſi iam conſtet, patriam poteſtatẽ eſſe iuris ciuilis, tamẽ obſtat, quia non videtur moribus inducta, ſed potius lege Romuli conſtituta Carol. Sig. de antiqu. iur. Ro. cap. 10. li. 1. qui ait, à Romulo vrbis Romanæ conditore Ciuibus Rom. hanc eſſe factã poteſtat. Aſtipulatur Dionyſ. hiſce verbis; Romulus omnem parẽtibus in liberos poteſtatem in perpetuum dedit, coercendi, verbeãdi, ruſticis in operibus habendi, ac demum etiam occidendi, quamuis ipſi, vel Remp. adminiſtrarẽt, vel ſummos honores geſſiſſent, neque hac licentia contentus eſt Romulus; ſed poteſtatem filiorum, vẽdendorum patribus vſque ad tertiam auctionem indulſit, quæ poteſtas Ob. 2.

multo

multo maior, eſt quam Domini in ſeruum. Seruus enim à Domino venundatus, recepta libertate, liber euadit, at filius iterum, atque iterum in poteſtatem patris reuertitur; poſt tertiam vero vēditionem, ſi ſe in libertatem vindicauerit, patriam poteſtatem egreditur, quæ auctoritas l. 12. tabul. cōfirmata eſt. Ita enim loquitur lex. *Si pater filium ter venundauit, filius patri liber eſto.* Cæteri autem liberi præter filium, tam maſculi, quam fœminę vna emancipatione, manumiſſioneque ſui iuris ſunt. Ecce liquet, patriā poteſtatem non eſſe ius moribus inductū, ſed lege Romulea ſancitum, firmatumque.

Nota. Reſpōde, Romulo regnante hoc ius patriæ poteſtatis, permittēte ipſo Romulo, enatum eſſe, vt ſignificat Vlpian. in l. patre 8. ff. de his qui ſunt ſui, vel al. iur. permiſit enim Romulus hoc more Romano frequētari, vnde poſtmodum (vti eſt morum natura) abijt mox iſte in legem, & cōfirmatus fuit l. 12. tabul. &c.

Ob. 3. Obſtat tertio loco, & ſi ſit hoc ius pat. pot. iuris Ciuilis moribus inductum, tamen eſt etiam aliorum Ciuium præter Romanos, ideò malè dum dicitur, quod habent omnes, qui ſub Imperio Romano ſunt iux. §. 1. tit. noſtri.

Reſponde ex cōſtitutione Diui Antonini, omnes, qui in orbe ſunt, Ciuitate Romana ſunt donati nor. doct. in l. 17. ff. de ſtat. ho. Calcag. in l. bona 15. ff. de verborum ſign. qua ratione eſt facta omnium patria, & domicilium l. hoſtes 24. ff. de cap. & poſtli. reuerſ.

Obſtat quarto loco, non ſolum hanc patriam poteſtatem eſſe in filios naturales, & legitimos, vt in l. 3. ff. de his, qui ſunt ſui, & vt in deſcriptione noſtra, ſed etiam adoptiuos, vt in princ. infra de adoptionib. igitur malè, dum dictum eſt in poteſtate eſſe naturales, & legitimos tantum. *Ob 4.*

Reſponde deſcriptam eſſe patriam poteſtatem, vt verè eſt, nō vt fictione legis verum effectum ſortitur, vt in adoptione, quæ auctoritate legis naturam imitando conſequitur effectus naturæ, §. minorē inf. de adopt. Similiter non loquitur hic Imperator de alijs filijs in poteſtate per oblationem curiæ, & per legitimationē Principis quia hoc ex priuilegio Principis. *Obſerua.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

Qua ratione inducta.
Cap. II.

RAtio inductionis gemina eſt, in parentum præmium, & filiorum emolumentum. Primo in præmium parẽtum, quia leges animaduerterũt, maximum eſſe amorem parentum in filios l. vltima, ff. de curat. furioſ. l. cum pater 79. §. mando, ff. de leg. 2. filius enim à Philos amore dictus eſt Alciat. in l. filij appellatione num. 1. ff. de verb. ſignif. Hinc legiſlatoribus indignũ viſum eſt, filios non obſequi parentibus, vt meritum ipſorum fert. Ideò voluerunt plenam tradere patribus in filios poteſtatem.

Secundo loco, in emolumentum filiorum eſt inuenta patria poteſtas; nã patet multa commoda filijs obuenire ex ea per ſubſtitutionem pupillarem, vt inf. de pup. ſubſt. Per transmiſſionẽ hæreditatis non aditæ l. infanti 18. C. de iure delib. nam cum non poſſet filius, etiam conſentiente patre teſtari, ne teſtamentum ab aliena pendeat voluntate; Per ſubſtitutionem pupillarem filius ſemper decedit teſtatus, & cum hærede.

Qui ſint, qui filios in poteſtate habent. Cap. III.

VNiuerſi Romani Ciues, vel qui ſub Imperio Romano degunt, filios habent in poteſtate, & intellige, hanc poteſtatem eſſe virilem, fœminæ enim huius poteſtatis ſunt expertes, §. fœminæ inf. de adopt. l. nulla fœmina 13. ff. de ſuis, & leg. Nec non eſſe vnius, puta ſi pater adſit cum filijs, & filiab. & ſuperſit auus poteſtas eſt aui, non patris ex regula, qui ab alio poſſidetur aliũ poſſidere non poteſt. Nec non tam maſculos, quam fœminas aſcendens ſuperior habet in poteſtate, tam celibes, quam matrimonio iunctos, licet cum diſtinctione, de qua inf. in tit. quibusmod. ius pat. po. ſol.

Obſtat, dũ dicitur patrem habere in poteſtate filios matrimonio iunctos, nam dũ pater elocat filiam, illa ſequitur domum viri ſui, & dicitur in eius poteſtate cap. 1. & 2. vbi Abb. ext. de coniug. ſeru. l. ſicut patronus 48. ff. de operis libert. *Ob.*

Reſponde, quoad debitum carnis, & exactionem operarum *Nota.*

rum

rum dicitur in potestate viri, & hic est sensus cap. 1. & 2. de coniug. seru. & d. l. 48. sed quo ad patriam potestatem est in potestate parentis sui, ita loquitur expresse textus in l. si vxorem 5. ff. de condic. in sert. & §. 1. in fine inf. de Senatusc. Tertyllia. ibi *licet in potestate parentis sit, &c.*

IN
Tit. 10
TITVLVM DECIMVM
DE NVPTIIS.

DIxit Imp. filios ex iustis nuptijs susceptos esse in potestate, qua explicata non fuit ommittendum agere de nuptijs. Nos reassumentes ipsarũ definitionem positam in tit. superiore videbimus.

Quid sint nuptiæ?
Cap. I.

NVptiæ sunt viri, & vxoris coniunctio indiuiduã vitæ consuetudinẽ continens. Ita Imper. in princ. tituli superioris I. C. in l. 1. ff. de rit. nup. Nuptiæ sunt coniunctio maris, & fœminæ, consortiũ omnis vitæ diuini, & humani iuris communicatio.

Dicitur in definitione cõiunctio, quòd confirmatur à Modestino in dicta l. 1. de rit. nupt.

Ob. 1. Obstat primo potius dicendum videbatur, nuptiæ sunt viri, & vxoris cõuentio, & indiuidua vitæ consuetudo, nuptiæ namque ex consensu animorum pendent l. nuptias 31. de reg. iur. Iust. in nouell. con-

stit.

ſtit.22. Matrimonium mutua conſtituit affectio l. licet 8. C. de inceſt. nuptijs.

Reſponde verbum coniunctio deſignare coniunctionem animorum, & corporum, & quamuis corporũ commiſtio non fuerit neceſſaria dictis iuribus, tamen ponitur hoc verbum, quod ad vtrumque facile referri poteſt; nam ſi vtrũque interueniat, conſumatum dicitur matrimonium.

Ob. 2. Obſtat tamen ſecundo loco, hic videri definitum matrimonium conſumatum, & non includatur, non conſumatum, dum dicitur indiuiduam vitæ conſuetudinem cõtinens, nam contractum per verba de præſenti, citrà nexum corporum altero inuito poteſt dirimi per ingreſſum monaſt. vt in titul. ext. de conuerſ. coniug. quod non ſequitur iunctis corporibus, &c.

Nota. Reſponde vtrumque deſignari hac definitione, & vtroque modo perfectum eſſe matrimonium. Sed citra mixtionem eſſe magis in ſpiritu, & ſacramentum conferens gratiam.

Ob. 3. Nec obſtat, primo modo dirimi per ingreſſum, nam cum ſit in ſpiritu morte ſpirituali, ideſt ingreſſu religionis dirimitur.

Secundo modo cũ ſit etiam in corpore, corporis peremptionem accidere neceſſe eſt. Ideò verbũ *indiuiduam*, &c. deprehenditur in vtroque, quia eſt vtroque modo indiuiduum, licet mors ſpiritualis illud, & hoc corporalis dirimat.

Obſtat tertio dari diuortiũ ex nonnullis cauſis l. 1. C. de diuort. Igitur non eſt indiuidua vitæ conſuetudo.

Reſponde, ea mente iniri matrimonium, vt ſola morte ſcindatur. Ideò Cuiac. ait nuptiarum nomen eſt iuris ciuilis, quia eo animo contrahuntur, vt nunquam dirimantur, l. 1. de iur. dot. Votum perpetuum, & indiuiduum; ſucceſſus non ſemper idem. Ideò ad tempus contrahi nõ poteſt cap. vlt. de condi. appoſ. intereà tamen poſſunt incidere cauſę, ob quas fiat diuortium, ſed hoc malum ex peccato natum eſt, prima enim coniugij inſtitutio neſciebat has ærumnas, & verè cõtinebat indiuiduam vitæ conſuetudinem, & arctiſſimam ſocietatem, vt in d. l. 1. de rit. nupt. &c.

Vn-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

Vnde dictæ. Cap. II.

VArro scribit veteribus, *nubere* fuisse idē, quod operire, cap. ne illud 30. q. 5. Cornificius dictas putat nuptias, quod noua petātur coniugia; seu quod noua pactio fiat. Alij ab obnubendo. Nam Tertul. in libro de Virginibus velandis ait, solemne esse capita nuptarum velari, qui mos Aethnicorum quoque fuit. Et in vetere sacra pagina Rhebeca conspecto eminus sponso suo Isaac pallio caput obtexit Genes. 24. Quę ratio Christianę congruit religioni. Nam D. Ambrosius cum interpretaretur, illud Pauli ad Corint. inquit. Ideò mulier debet habere velamen, seu potestatem supra caput suum, propter Angelos. Non est, inquit creatus vir propter mulierem, sed mulier propter virum, propterea debet mulier potestatem habere supra caput, *potestatem velamen significauit Episcopos Angelos* dixit, & Tertullian. d. loco ait, velamen iugum illarum esse.

Quæ desiderentur in nuptijs legitimis. Cap. III.

PLura desiderantur ad nuptias legitimas.

1. Aetas nubilis.
2. Gradus remotus.
3. Honestas.
4. Ne sit affinitas.
5. Consensus eorum quorum in potestate sumus.

Si quod ex enumeratis deficiat nuptiæ non sunt legitimè contractę, vt ex titulo nostro liquet.

Primò diximus necessariā esse ætatem nubilem, quæ est in masculo annus decimus quartus, in fœmina duodecimus, §. 1. hoc titulo, ibi *masculi puberes, fœminæ viri potentes*, vbi glos. & Dd. in l. 4. ff. de rit. nupt. l. dotis 68. ff. de iure dot. §. 1.

Secundò diximus, gradum remotum, quia inter fratrem, & filios fratrum, vel iure ciuili nuptiæ non consistunt, §. inter eas cum seq. hoc tit. sed de hac re in cap. vltimo nostri tituli. §. *inter eas.*

Tertiò loco honestatē desiderari diximus ex §. ergo non omnes hoc titulo, nam inter ascendentes, & descendentes §. *ergo.*

nu-

nuptiæ prohibētur, tam naturales, quam per adoptionem aſcitos, quia in nuptijs ſpectāda maximè honeſtas eſt, docet enim hoc naturalis pudor, & exempla ſuggerunt paſſim ab interpretibus.

§. affinitatis. Quartò affinitas eſt nuptijs impedimēto, §. affinitatis hoc tit. Affinitas autem dicta eſt, quod per matrimonium altera cognatio, ad alterius fines accedit l. non facili 41. §. affines, ff. de grad. affini. Eſt enim ius ſanguinis, & cognationis, quod inter alterum cōiugem, & alterius coniugis cognatos ex ipſo matrimonio exiſtit, d. §. affinitatis hoc tit. Ideò priuignum, ideſt filiam vxoris ex alio viro, aut nurū, ideſt vxorem filij, non licet vxorem ducere, nec minus ſocrum, ideſt matrem vxoris, vel nouercā. Et hoc, adeo verum eſt, cognationes ſcilicet ſanguinis nuptijs obſtare, quòd etiam inter ſeruos contubernium contrahi prohibeant durante ſeruitute, §. illud certum hoc titulo.

§. 1. Quintò loco eſt neceſſarius eorum conſenſus quorum ſumus in poteſtate, vt in §. 1. tit. noſtri, ibi *dū tamen ſi filij fam. ſint conſenſum habeant parentum quorum in poteſtate ſunt; nam hoc fieri debere, & ciuilis, & naturalis ratio ſuadet*, &c. Paulus confirmat in l. 2. ff. de rit. nupt. dum ait, nuptias non poſſe conſiſtere, niſi omnes conſentiant, hoc eſt qui coeunt, quorum in poteſtate ſunt. Idemque reſpondit Iuſtin. nouell. conſt. 22. non aliter iuſtos fore liberos, niſi cōprobatio patrū in nuptijs intercedat concordat l. nec filiū 12. l. in coniunctione 20. C. de nuptijs. De hoc conſenſu dubitatur omni iure. Ideò, vt diſtinctè procedamus videndū, num neceſſarius ſit patris conſenſus in nuptijs.

Iure Naturæ.
Iure Diuino.
Iure Pontificio, &
Iure Ciuili.

Iuræ naturæ, videtur neceſſarius ex d. tex. noſtro ibi, nam hoc fieri debere ciuilis, *& naturalis ratio ſuadet*.

Obſtat primo emācipatio, quę ciuilis eſt facit conſenſum in nuptijs filij famil. non deſiderari l. filius 75. ff. de rit. nupt. ergo iure naturæ nō requiritur, quādoquidem illud expers ſit mutabilitatis. Ideò tolli iure ciuili nequit. §. penult. ſup. de iur. nat. &c. Ob. 1.

Ob-

Ob. 2. Obstat secundo, si in nuptijs est necessarius consensus patris iure naturæ, est etiam matris, cùm eadem pietas, & reuerentia vtrique debeatur, l. 1. ff. de obseq. à lib. præst. l. furiosæ 4. ff. de curat. fur. atqui notum est, matris consensum non desiderari, ergo.

Ob. 3. Obstat tertio, quando neptis nuptum elocatur, voluntas aui sat est l. oratione 16. §. neptis, ff. de rit. nupt. nam patris cõsensus, qui est in aui potestate, nõ requiritur l. 3. ff. de rit. nup. ergo non iure naturæ, quia non inspiceretur potestas Ciuilis. Nec obstat l. oratione, quia ibi ex aliena familia nepoti vxor accersitur.

Intellectus Costan. in §. 1. hoc tit. Ex quib. dictis resultat per Costanum intellectus ad §. 1. tit. nostri ibi *naturalis, & ciuilis ratio suadet*, nam necessario non requiritur, cum sit suasio, & non coactio, & si accipiatur verbum suasio, pro exposcere est accipiẽdum, vt in solutione naturali l. penult. ff. de solut. & in condictione naturali l. indebiti 15. ff. de condit. indeb. nam quicquid fert bonũ, & æquum dicitur naturaliter debitum, vt leges omnes patriæ ciuiles, quæ tamen legib. contrarijs abrogantur, c. erit autẽ lex 4. dist. Id ergo pium, & honestum, nõ necessarium. Ecce honestum videtur in subeunda tutela, & capessendo magistratu filiũ fam. patris adhibere volũtatem, non tamen est necessarium. In ijs certè leges patris interuentum, & auctoritatem non desiderant, §. 1. inst. qui test. tut. dar. poss. l. Lucius 22. ff. de administrat. tut. Leges autem inter licitũ, & honestum discrimen ponũt, l. 1. ff. de iust. & iur. Id quòd honestum est, si non adhibeatur; non fit illicitum, vt hic. Igitur iure naturæ non est necessarius consensus patris in nuptijs.

Quid iure diuino? Hoc iure licèt honestũ sit; tamen non necessariò desideratur in sacra pagina Tobiæ filius peregrè profectus, inscio patre, cũ Fara nuptias fecit, Iob. 7. Esaù Genes. 26. duas accepit vxores, quæ exacerbarunt animũ Isaac, & Rhebecę, eo quia (inquit Lyranus) sine patris consilio eas duxit, & tamen filij nati sunt legitimi, & successores. Genes. cap. 36. Nec iure euangelico iubetur, licèt solẽne esset pęnes Hæbreos. Iure diuino an requiratur consensus.

Cæterùm, nec iure pontificio est necessarius consensus pa- Quid iure Põtificio.

patris alioqui ſequeretur abſurdum. Quos Deus coniunxit ſepararet homo: Nam ſi illicitæ nuptiæ eſſent; ſeparatio contingeret. Expreſſum hoc eſt in cap.cum cauſam de rap. cap. cum apud, cap.cū locum de ſponſ.cap.per tuas de cōd. appoſ.

Tridentina quoque Synodus anathemate eos damnauit, qui affirmant matrimoniū filij famil. ſine conſenſu patris non valere. Nihilominus Eccleſia Dei ex iuſtiſſimis cauſis talia matrimonia deteſtata eſt atque prohibuit, c. aliter 30. quæſt.5.

Quod iure ciuili. Denique etiam iure ciuili, ſine conſenſu patris conſiſtit matrimonium, licèt non ſit legitimum, cap.ſi quis 28.quæſtione 1.l.1.ff.de lib.exhib. in fine ibi, *& certo iure vtimur, ne bene concordantia matrimonia iure patriæ poteſtatis turbentur*, quod quidem caput pluribus probat Coſtanus.

Primò ex definitione, quæ nō meminit conſenſus patris.

Secundò, quia matrimonia debent eſſe libera l. titia 134. ff. de verborum obligation. l. nec filium, 12.l. nec vt initio 14. C. de nupt. quod non eſſet expectato conſenſu paterno l. velle 41. ff. de reg.iur.

Tertiò, quia licèt cælibem vitā profiteri, & in cœnobium ſecedere, ſiue conſenſu patris l. Deo nobis vltima, C. de epiſcop.& cler. igitur, & nuptias contrahere argumento, c. ſicut 7.quæſt.1.

Quarto, quia in ſpiritualib. non eſt neceſſarius patris conſenſus, cap.vlt.de iud.in 6. At matrimonium eſt ſpirituale, cap.debitum de bigamis. Igitur, &c.

Quintò, quia ea, quæ ſunt iuris publici poteſt filius fam. ſinè conſenſu patris facere, l. filius fam.9. ff.de his, qui ſunt ſui, & c.l.1.ff.ſol.mat.l.1.de rit. nupt.ſed nuptiæ ſunt iuris publici dictis iuribus ergo, &c.

Nec refragatur l. 7. de rit. nupt. & l.Paulus 11.ff.de ſtat. hom. cum ſimilibus, nam lex quandoque, aliquid fieri prohibet, quod tamen non infirmatur l.vlt.ff. de repud.l.1.ff. de lib. exhib. c.vlt.25.quæſt. nam cōſiſtit matrimonium, licèt non ſit iuſtum.

Nec obſt.l.vnica, §.nec ſit, C.de rapt. Virg. nam agitur, ibi de pupillis, quos non eſt honeſtum matrimonia inire, citrà conſenſum parentum, maximè in caſu rapinæ auth.

ſed

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

sed post. C.de inofficioso testamento.

Quæ sint sponsalia. *Cap. IV.*

Differentia inter sponsalia, & nuptias.

SPonsalia sunt futurarum nuptiarum mutua repromissio, cap. nostrates 30.q.5. & hinc elicitur differentia inter nuptias, & sponsalia; nam hęc verbis in futurum relatis, illa in præsens conceptis iniri solent, cap. vlt. §. id. de sponsalibus impub. in 6. Vnde veteres *speratum*, *& speratam sponsos* nuncupabant, vt Nonius Marcellus notat. Quamquam sperata propriè sit prius, quã petatur, deinde promissa, vel pacta, vel sponsa, quippe ea etiam dicuntur sponsalia, quæ defectu ætatis in nuptias abire non possunt, licèt consensio sit in præsens, c. vnico, §. idem de sponsalib. tunc enim, quod vti agitur non valet; vti consistere potest iure substinetur, c. à nobis, de sponsalib. impub. l. si tam angusti, 13. de seruit. l. Scæuola. 76. ad Senatuscõsul. Trebell. quamquam secus videatur in l. quæsitum, 9. ff. de spons. A puberibus quoque initæ nuptiæ sponsalia dicuntur, cap. ex publico d. cõuers. coniug. c. 71. de spons. duorũ, c. coniuges 27.q.2.

Quot modis sponsalia dicantur, & de ætate, &c. *Cap. V.*

QVatuor modis sponsalia dicuntur.

Primò solemnis sponsio futurarum nuptiarũ.

Secundò accipiuntur pro arrhis, quæ sponso, & sponsę dãtur pro donatione propter nuptias, & pro conuiuio sponsaliorum Gab. Cost. de spons. num. 1. nam qui ducturus erat vxorem, ab eo vnde ducenda erat stipulabatur eam in matrimonium ductum iri. Qui daturus erat itidem spondebat, quoniam Varro scribit lib. 5. de Ling. lat. & ab hac formula contractus sponsaliorũ nomen accepit l. 2. de spons. Ac dein. ea vox vsurpari cępta est pro arrhis symbolis, &c. l. 1. C. si nup. ex rescript. pet. l. 1. C. si rec. pro. Vnde apparet sponsalia post matrimonia vsu venisse, quia per stipulationẽ, l. 1. ff. loc.

Septimò autem ætatis anno absoluto possunt sponsalia contrahi, cap. per literas, cap. accessit, de spons. impube. nisi

for-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

fortè intellectus ætatem illam præueniat, cap. iuuenis, vbi gl. de ſponſ. cap. 1. de delic. puerorum, & præmaturè contracta, accedente poſt ſeptimum ætatis annum conſenſu, roborantur, c. acceſſit, de ſponſa. impub. ita tamen, vt non valeant, niſi ex quo ſunt confirmata l. obſeruare 4. §. vlt. ff. de offic. Proconſ.

Ob. Obſtat pupillos contrahere non poſſe l. pupillus 58. ff. de act. & oblig. l. in negotijs 5. ff. de reg. iur.

Reſponde, eum, qui ſeptimum ætatis annum exceſſit, cum intellectum habeat, ſibi naturaliter, & ciuiliter obligare alios § pupillus inſt. de inut. ſtipul. & ipſum interdum naturaliter alijs obligari l. 1. ff. de nouat. amplius ciuiliter, vel cum obligatione naſcitur ex delicto, l. furioſus 45. ff. de act. & obl. cap. 1. de delic. puer. vel cũ cõſentire, & diſſentire poſſit. Ideò ſponſalia permittuntur contrahi pupillis.

Hinc etiam conſtat de differentia inter ſponſalia, & matrimonium; nam in eo diſpar ætas non officit, fœminę namque 12. mares 14. annorum. In ſpõſalibus par deſideratur. Ratio eſt, quia in ſponſalibus ſola voluntas, in nuptijs etiam generandi poteſtas inſpicitur. Ang. §. 1. de nupt.

Igitur impuberibus datur inire ſponſalia, non nuptias, etiam ſi deducatur vxor in domum mariti, l. quæſitum, de ſponſ. ibi, *& ſi fuerint collatæ, &c.*

Quid ſit matrim. & contubernium. Cap. VI.

MAtrimonium, & nuptię idem ſunt, vt in princ. de pat. poteſtate: Contubernium eſt ſeruorum, ſed hodie circa matrimoniũ diſtinguendum eſt.

Nam antè Chriſti Domini noſtri ſuſcepta carnem, ſciendum matrimonium extitiſſe, ſed non vt ſacramentum. Sacramenta enim Eccleſiæ Ieſu Chriſto auctore, & fonte inoleuerũt inter pios. Meritò forma matrimonij varia fuit pęnes varias nationes. Nam quia Ciuibus Romanis iure *Nota.* ſemper fuit non admiſcere actibus ciuilibus ſeruos noluere inter ſeruos conſtare poſſe matrimonium, ſed contubernium, vt not. Dd. in princ. tit. noſtri, ibi *Ciues Romani*, l. cum ancillis, C. de inceſt. nup. in

auth.

auth. de nupt. §. si vero decretum Abb. & ibi addentes in c. 1. ext. de coniug. seru.

Sed hodie cum matrimonium sit sacramentum, & serui à sacramentis non arceantur; nã Ecclesia pia mater est, nec qualitates respicit personarum. Ideò inter seruos quoque matrimonium consistit d. c. 1. & ibi DD. de cõiug. seru. & licet seruus sit iure ciuili, tamen in hac materia spirituali acquiescendum iuri põtificio, vt not. Panorm. in d. c. 1.

Ob. Obst. Sacramenta non conferuntur, nisi Christianis. At in Ecclesia Dei nulla est seruitus inter Christianum, & Christianum, nec minus pium Iudæi seruitio detineri posse patet ex cap. 1. & vlt. de coniug. seru. Igitur malè, dum dicitur inter seruos matrimoniũ consistere.

Responde, verissimum esse inter Christianum, & aliũ seruitutem non posse consistere, neque pios iudęorum seruitio detineri; tamen ita rem intellige, *gemino modo posse dici seruitutem.* Iure Christiano, quãdo aliquis paganus seruit Iudęo, & ad fidem Euangelicam venire desiderat, vel quando Christianus Iudęi seruitio detinetur, nam tunc liberum est cuilibet pio duodecim solidos pro redemptione serui Iudęo tradere, vt libertatẽ consequatur, siue vt seruiat ipsi redemptori, non vt mancipium, sed donec pretium redemptionis refundat. Iudæo similiter iubetur intra 3. menses venale mancipium habere, & tunc vt dictũ est, à quolibet pio redimi potest. Quod si non reperiatur redemptor, mendicare debet, & libertatẽ cõsequetur. *Nã nephas est, eũ seruire Iudæo, quem Christus suo sanguine redemit.* Igitur hoc modo datur seruitus inter pios, & seruus, ita constitutus, omnium sacramentorum est capax.

Obseruа.

Quæ sit differentia inter ius Can. & ciuile. Cap. vlt.

SCiant Tyrones tres gradus in iure reperiri, adscẽdentium, descendentium, & collateralium.

Adscendentes sunt à patre repetitis initijs omnes superiores, scilicet auus proauus, abauus, atauus, &c. omnes à quib. gentilitas deducitur.

Descendentes sunt liberi omnes, quos in potestate ha-

bemus,ſiue filij, ſiue nepotes, pronepotes,abnepotes in infinitum.

Collaterales ſunt ij, qui ex latere deſcendunt, vt fratres cōſobrini, & cæteri omnes ex tranſuerſo propagati, atque coniuncti.

In gradu adſcēdentium,& deſcendentium ius vtrumque concordat, nam tam iure pontificio, quam Cæſareo pater, & mater ſunt in primo gradu adſcendētium, filius,& filia in primo deſcendentium, & ſic deinceps.

Nā oportet appingere ſtipitem, veluti Titium, qui Titius in graduum dinumeratione non recenſebitur, & ſtips, appellatur?

Series autem adſcēdētium dēpto ſtipite in primo gradu erit pater,& mater, in ſecūdo auus,& auia,& deinceps.

In ſerie deſcendentium in primo gradu dempto ſtipite erit filius,& filia in ſecūdo nepos,& neptis,& deinceps.

In ſerie autem eorum, qui ſunt à latere perperam ius ciuile, quia in graduum ſupputatione recenſet ſtipitem nunquam conſideratum ita, vt eo iuret fratres in ſecundo gradu ſint: ius vero Can. ſublato ſtipite, quemadmodum in alijs lineis primū gradum auſpicatur à fratrib. & ſororibus, cui parendum eſt.

Hiſce retentis reſultat, nuptias inter adſcēdentes,& deſcendentes prohiberi in infinitum ratione honeſtatis, quia auus nepotibus parentis loco eſt, & nepos auo loco filij, & ita in infinitum. Et hoc adeo verum eſt, vt nec filiam per adoptionem aſcitam auus ſibi matrimonio iungere poſſit reclamāte honeſtate, §. ergo non omnes hoc noſtro titu. & hoc vtroque iure.

In linea verò à latere fratres, & ſorores iungi prohibentur, quanquam adoptiui vtroque iure.

Vel vno verbo, inter collaterales iure ciuili in quartum vſque gradum nuptiæ prohibentur. Iure autem canonico olim ad gradum, vſque ſeptimum protendebatur prohibitio, hodie, vſque ad quartum incluſiue cap. progeniem & c. conſanguinitate 35. quæſtione 3. c. non debet, de conſang. & affin.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

IN TITVLVM XI.

DE ADOPTIONIBVS.

Tit.11 N sacris paternis sunt, nō solū filij ex iustis nuptijs suscepti, verū etiam adoptiui. Meritò absoluta tractatione filiorum ex lege naturæ, & ciuili, sequitur tractatio filiorum legitimorum tātum, & ita de adoptandi iure, & adoptionibus. Ex solito nostro videndum.

Cap. 1. Quid sit adoptio, & vnde dicta.

Cap. 2. Quotuplex.

Cap. 3. Quæ desiderentur hodie in ea.

Quid sit Adoptio. Cap. I.

MVltiplex per Dd. Adoptionis descriptio traditur in genere suo, vt sit actio legalis ad solatiū eorum, qui liberos non habent ferè naturam imitans. Sed falsa est huiusmodi descriptio, cum, etiā ab his, qui prole referti sunt fiat adoptio. §. licet inf. eod. l. nec ei 17. §. præterea, ff. eodē. Ideò aliomodo dicitur. Actus legitimus per quē, qui filius, qui non est fit; penè naturam imitās, sed hęc descriptio magis respicit alterā adoptionis speciem, idest arrogationem; nam qui filius est vnius, per adoptionem fit alterius. Ideò Franc. Conn. comm. iur. ciu. lib. 2. c. 15. ait adopt. est naturæ similitudo, vt filium aliquis habere possit, quem non generauit. Verùm quia hic nullum verbū de actu ciuili. Ideò addendum puto descriptioni, vt dicatur. Adoptio est actus legitimus, quo naturę imitatione aliquis filium habere possit quē non generauit. Elicitur ex l. 5. & l. adoptio 16. ff. adopt.

Dicitur actus legitimus, quia nō morib. inductum, sed auctoritate legis per l. actus legitimi 77. de regu. iur. Dicitur naturę imitatione per §. minorē hoc tit. & d. l. 16. eod. & dicta est adoptio, à verbo opto, as, quod est eligere, nam qui adoptabat solebat bonū quēque eligere, & idoneū domui

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

suæ. Ideò Tacit. li. 1. Histor. *generari, & nasci fortuitũ, nec vltra æstimatur adoptãdi iudicium integrum, & si velis eligere consensu monstratur.*

Ob. Obst. quia potius videtur actus iurisgen. nam, vt consonãt scribẽtes vniuersi adoptio frequens fuit non solũ Romanis, verũ Hebræis, Græcis, & Barbaris. Moses dicitur adoptatus à filia Pharaonis, Thesæus ab Egeo; vnde nomẽ sortitus est. Iugurta à Micipsa Sallust. de belli Iugh. in princ.

Responde, esse actũ legitimũ à legib. Romanis, si nõ inuentum saltem formatũ. Nam aliarũ gentiũ adoptiones non fiebant ex solemnitate, & eam potestatẽ non habebãt, quam eæ, quæ à pop. Rom. frequentabantur. In filios namq; adoptiuos, nõ secus, ac in naturales vitę, necisq; potestas erat, vt apparet ex quadã oratione Ciceronis pro domo sua. Et hoc probat efficaciter Imper.

Princ. tit. in princ. huius tituli; dum ait *non solum naturales liberi secundum ea, quæ diximus in potestate nostra sunt, verũ etiam ij, quos adoptamus.*

Quemadmodũ igitur ius vitę, necisque erat antiquitus in naturales, ita in adoptiuos. Et si igitur patria potestas sit aliarum gentium; nulli sunt tamen alij Ciues, qui talem habeant potestatem, vt supra in tit. de pat. pot. Ita, et si adoptio sit aliarum gentium; tamen est actus legitimus, & peculiaris pop. Rom.

Quotuplex. *Cap. II.*

ADoptio duplex existit, altera sui generis contenta nomine, adoptio nuncupatur, altera dicitur arrogatio, §. adoptio hoc tit. l. 2. ff. §. adoptio. eod. descriptio vtraque proponenda.

Adoptio in specie est actus, per quem, qui in alterius potestate est, Imperio magistratus instar naturæ alterius filius efficitur, concurrente naturali vinculo in potestate; nõ concurrente habilis ad succedendum. Idest filij fam. cum in adoptionem alicui dantur expeditur actus adoptionis pęnes magistratum habẽtem Imperium mixtum, & legis actionem, vt in l. quarta, ff. eodem, qui causa cognita decernit, & imperat adoptionem. Sed animaduerte si concurrat naturale vinculũ, idest auus paternus, seu

ma-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

maternus adoptet in filiũ nepotem, qui non sit ex sua familia: puta auus paternus asciscat sibi per adoptionem ex emãcipato filio suo nepotem, vel auus maternus nepotẽ ex filia, tali casu, quia cõcurrit ius sanguinis, & ius adoptionis, iura patris naturalis dissoluuntur, quemadmodum antiquitus omni tempore dissoluebãtur, & in potestate patris adoptiui transit, & est, ac si naturaliter, & legitimè susceptus sit; Aliàs si adoptetur ab extraneo iura patris naturalis nõ læduntur, nec ad patrem adoptiuum quicquam transit, nec in potestate eius est, sed restat in familia, & sacris patris naturalis, solum ad bona patris adoptiui intestati ęqualiter cũ alijs filijs naturalibus, & legitimis vocatur, §. sed hodie hoc titulo, §. intestatorum in fi. inf. de hęred. quę ab intestato defer. l. cum in adoptiuis, 10. C. de adopt. Ideò dicitur *in descriptione concurrente naturali vinculo in potestate*, quia si adoptetur ab auo, vt dictum est, transit in potestatem; *non concurrente habili ad succedendum*; quia si ab extraneo; succedit ab intestato, & potest succedere ex testamento.

§. sed hodie.

Ob. Obstat, dum dicitur hodie iura patris naturalis nõ dissolui, cum adoptio fit ab extraneo, sed antiquitus dissolui. Obstat inquam, nam iura patris naturalis sunt naturalia, & ideò immutabilia omni tempore, vt §. penult. sup. de iur. nat. &c.

Quod sint naturalia probatur apertissimè ex re ipsa, & argumento, §. intestatorũ, inf. de hæred. quę ab int. defer. ibi naturales, vel adoptiui.

Igitur, nec antiquo tempore iura patris naturalis dissolui poterant, nec dissoluuntur hodie, licèt quispiam ab auo paterno adoptetur.

Responde iura patris naturalis, vt est paternitas, & filiatio non dissolui, sed tãtum cognationis ius, patriam potestatem, & domesticitatem, quę omnia ciuilia sunt, meritò per alium actum Ciuilem tollũtur vulgari regula iuris. Sed reliquiæ naturæ restant incolumes, vt est tex. in l. cũ in adoptiuis 10. C. de adopt. ibi *neque ex veteri iure cognationis nexus soluebatur, sed remanebant, certæ reliquiæ, &c.*

Videmus de altera specie.

Arrogatio est altera adoptionis species, quę ita descri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

bitur; Est actus per quem, qui sui iuris est Principis auctoritate instar naturæ filius efficitur, & in potestate l.si is, qui 44.ff.de adopt. Arrogatio dicta, quia is, qui adoptatur rogatur, idest interrogatur, an velit eum, quem adoptaturus est iustum sibi filium esse, & is qui adoptatur, interrogatur, an id fieri patiatur.

Arrogantur igitur, qui sui iuris sunt, siue puberes, siue impuberes, sed cum discrimine; nam si puberes, quia fari per se possunt interrogantur, siue velint, siue nolint; si impuberes requiritur cognitio si expediat pupillo, quæ sint facultates, & plura passim ab interpretibus posita; Ex hac arrogatione indistinctè fit transitus in potestatem arrogatoris.

Quæ desiderentur hodie in adoptione. Cap. III.

PLura desiderãtur in vtriusque adoptionis specie communia, vt videbimus, sed vnum est peculiare arrogationis, de quo primo dicam, idest illa, tam exacta, causę cognitio, de qua in §.cum autem impubes copiosæ Imperator hoc *§. cum autem impubes hoc tit.* tit.l.si pater fam. is, §.vltimo, ff.eodem, vbi dicitur in arrogationibus vertitur cognitio, num fortè minor sit sexaginta annis, qui arrogat, quia magis liberorum procreationi studere debet; aut alia iusta causa arrogandi; veluti si coniunctam sibi personam velit optare. Item non debet quis plures arrogare. Sed nec libertũ alienum, nec maiorem minor. Quæ quidem, & alia non exigũtur in adoptione. Ratio est quia arrogato patre familias, omnes filij transeunt in potestatem arrogatoris, §. illud proprium hoc titulo. Cæterùm tria communia desiderãtur in vtraque adoptione.

1. Potentia gignendi.
2. Aetas maior.
3. Virilitas.

Videamus de his singillatim.

Potentia gignendi desideratur in vtraque adoptione, quia vtraque naturam imitatur, §. minorem hoc titulo. Ideò qui generare non possunt, *§. minorem natura* quales sunt spadones adoptare possunt; Castrati autem nõ possunt, §. sed, & illud hoc titulo l.2.ff.eod.

Obstat, aut vterque generare potest, aut nemo ipsorum

cx

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

ex ratione ipsius Imperatoris. Neuter generare potest, ergo neuter adoptare, cur spadones permittũtur; Castrati prohibentur. Videbatur par dispositio legis, quod confirmat Tullius pro domo sua, dum dixit. *Ius adoptionis est, vt is adoptetur, qui neque procreare iam liberos possit, & cum potuerit sit expertus.* Sequitur. Igitur, etiam spadones nõ posse adoptare; quia generare non possunt.

Responde cum distinctione. Spadonum triplex est genus, vt in l. 128. ff. de verbor. signif. nam, a vt natura sũt spadones, aut Thlibiæ, aut Thlasiæ; Thlibiæ sunt ij, quib. sunt testes attriti: Thlasiæ sunt quibus rupti, spadones, quibus auulsi. Ideò quicumque, aut nullos, aut attritos, aut vitiatos habet testiculos spado nũcupatur, vt etiã castratus contineatur; quamquam castrati propterea sint ij, quibus virilia sint amputata. Cur autem nequeant adoptare, cum possint spadones, puta hanc esse rationem, quia lex adoptionis est (inquit Cicero) vt is adoptet, qui procreare iam liberos nequeat, & cum potuerit sit expertus. Ex quo non videtur posse adoptare nisi, qui vxorem duxerit, nam verbum experiri cum honestate coniungendũ est, vt de vxore non meretrice intelligatur. Hinc legis ope, naturæ sarciuntur lacunæ, vt qui vxoratus est, & destitutus sobole, legũ indulgentia sobolem acquirat. Atqui beneficio indignus est, qui nunquam, id naturaliter expertus est, & contra naturę leges est eum sobole donari, qui naturaliter, nec tentauit, nec potuit. Meritò spado cũ vxorem ducere, & hæredem scribere possit, vtique, & adoptare permittitur. Castratus nequaquam; cum coniunctioni ineptus sit l. si serua, 39. ff. de iur. dot. Hoc tamen limitatè accipiendum est, nam de ijs accipiendum, qui in iuuenili ętate castrati sunt, ac nondum ducta vxore, quod si post eam ductam casu aliquo castrẽtur, nihil casui est cur adoptionis auxilio non iuuentur; quia neque procreare possunt, & cum potuerint sint experti.

Intellectus §. sed, & illud hoc tit.

Secundò desideratur ætas maior; nam pro monstro est, vt maior sit filius, quam pater. Ideò debet is, qui adoptat, vel arrogat præcedere adoptatũ, 18. ann. §. minorem hoc titulo

§ minorẽ hoc tit.

l.adoptio 16.l.arrogato 40.ff. eod.l.ſi pater fam.15.§.vltimo hoc eodem tit.l. filio 23.ff. de liber.& poſth. Ideò non valet adoptio, vt quis in patris locũ eligat,l.nec apud,C. de hæredit.inſt.& Paul.in l. quæſitum 43.ff.hoc titulo, ait non valere pactionem, vt quem tibi in adoptionem trado, eum mihi poſt triẽnium in adoptionem reddas propterea,quod filium tẽporalem habere natura repugnat.

Ob. Obſtat, dum dicitur eum, qui adoptat debere præcedere 18. annis. Nam ſi adoptio eſt naturæ imago, & maſculi 14.annum agentes filios natura poſſint ſuſcipere, vt in prin. ſup. de nupt. & infra quibus modis tutela finitur. Igitur ſatis erit 14.annus,quod eſt contra.

Reſponde ex quorundam ſententia Iuſtinianum conſideraſſe ea, quæ frequẽtius natura accidunt; rarius autẽ accidere, vt antè illam plenè pubertatis ætatem filij gignantur.

Vel reſponde, pubertatem ſolam, quæ eſt in 14. anno viſum nonſufficere,ſed neceſſariam plenam eſſe,quia hęc ſatisfacit, cum quis non ſolum in locum filij adoptat; verùm etiam in locum nepotis, §. licet autem hoc titulo, ſi autem ea ætas naturæ imitatione accipienda eſſet, dum quis adoptat in locum nepotis, nunquam adoptandi nepotem ius eſſet. Ideò ætas quædam ſolida vſurpata,quæ deſeruiat ei, qui in locum filij, & nepotis adoptat. *§. licet autẽ.*

Vel reſpõde nouiſſimè,adoptionem eſſe electionem,cum iudicij integritate. Ideò non permitti imbecillis adoleſcentulis in lubrico ætatis optare quempiam in filium,ſed expectãdam iudicij firmitudinem, quę decimo octauo ętatis anno contingit, §.vltimo, infra quib.ex cauſ.man.non licet.

Tertiò deſideratur in vtraque adoptione virilitas, nam adoptio eſt beneficium iuris, haud fœminis competens, §. fęminæ hoc tit. Ratio eſt,quia fœminæ filios non habent in poteſtate l.nulla fęmina, ff.de ſuis,& legit.§.cæteri,inſ.de hęred.quæ ab inteſt.l.5. C.eod. Nam fœmina familiæ ſuæ caput,& finis eſt l. pronũciatum 195.ff.de verb.ſignific.& filij patris, non matris familiam ſequuntur. *§. fœmina.*

Obſtat, fœminas habere fi- *Ob.*

lios

lios spurios, qui eas sequũtur l. lex naturę 24. ff. de stat. hom. Igitur ex naturæ eadem similitudine, cuius est imago adoptio, fœminæ filios poterunt adoptare.

Responde spurios matrem sequi lege quadã naturæ; non potestate iuris ciuilis, d. l. lex naturæ. Ideò dispositio ciuilis, vt potè adoptio nil efficaciæ habet in fœminis.

Prætereà indultum est fœminis adoptare ob solemne adoptionis, quod in comitijs erat. Fœminæ autem ius comitiorum nõ habebant. Gell. libro quinto, capitulo 19. Sed certè Principis indultu permittitur eis adoptio ob solatium ammissorum filiorum, vt d. §. fœminæ l. mulierum 5. C. de adopt. vel in acie, vel alibi, seu alio casu; nam beneficia Principis non sunt arctanda, vt Aldobra. notat.



TI-

IN
Tit. 12 TITVLVM XII.
QVIB. MOD. IVS PAT. POT. SOLVATVR.

FIlij in ſacris paternis retenti, vel naturales ſunt, vel legitimi, ſeu adoptiui. Vtraque ſpecie abſoluta reliquum eſt leges aperire, quibus cum naturales, tùm aſciti per adoptionem ea poteſtate liberantur; ex forma inſtituti noſtri videndum.

Cap. 1. Quid ſit ſolutio patriæ poteſtatis.

Cap. 2. Quot modis ſoluatur.

Cap. 3. Quomodo morte naturali, & ciuili.

Cap. 4. Quomodo dignitate.

Cap. 5. Quomodo contrario actu ciuili.

Quid ſit ſolutio.
Cap. I.

IVriſconſulti inſtitutionum Architecti ab accidentib. communibus ex corpore pandectarum depromptis hunc titulum conflarunt. Ideò nobis curæ fuit craſsè ſolutionis huius patriç poteſtatis deſcriptionem inſtituere.

Igitur ſolutio patriæ poteſtatis eſt peremptio domeſticitatis, & iurium omnium familiæ inter patrem, & filios naturales, vel legitimos. Diximus eſſe peremptionem domeſticitatis; nam ex patria poteſtate domeſticitas, quçdam naſcitur inter patrem, & filiũ, §. ſui autẽ inſ. de hæred. qual. & diff. quæ morte, ſeu naturali, ſeu ciuili perimitur. Verùm quia intercidit non ſolum domeſticitas, verùm omne ius familiæ, coerctionis, acquiſitionis, iuſſus, &c. Quod pater, vel auus ſi ſuperſtes eſt habet deſcendentes in poteſtate l. poteſtatis 215. de verbor. ſignific. l. velle 41. de reg. iur. Ideò ſubiecimus, in deſcriptione, *& iurium omnium.*

Demum diximus *inter patrem, & filios, &c.* quia inter hos cadit illa domeſticitas.

Pa-

Pater stat tanquam agens in hac materia, filius tāquam patiens. Sed nonnulla obstant.

Ob. 1. Obstat princ. viuo auo ei competit ius in filios, & nepotes, &c. vt in princ. tituli nostri ibi, mortuo vero auo, ergo insufficiens descriptio. Nam dictum videbatur est peremptio domesticitatis inter patrem, seu auum, & filios, &c.

Ob. 2. Obstat secundo, dum dicitur inter filios naturales, & legitimos; nam filij naturales non subsunt protestati patris, sed naturales, & legitimi simul, vt ex iustis nuptijs procreati, vt in princ. supra de pat. pot. vel legitimi tantùm, vt adoptiui, vt supra in princ. de adopt.

Obstat tertio, in genere hanc descriptionem esse insufficientem, quia solutio patriæ potestatis non solum perimit ius inter patrem, & filium, verum filius liberatus à patria potestate nanciscitur, ius in familiam, & dicitur sui iuris, & in primo tituli nostri. Ideò videbatur addendū, acquisitio iuris in familiam, &cæt.

Ob. 3. Cæterùm ab ijs, & alijs obiectis incolumis est descriptio nostra, petita à substantia materiæ totius tituli, quibus mod. ius pat. potest. solu. & ff. de adopt. & emancipat.

Non obstat primū, quia patris appellatio ad omnes superiores extenditur, l. appellatione 51. ff. de verb. significatione. Igitur, & si dictum sit inter patrem, & filium, intelligendū quoties ascendens superior non sit in medio, nam tūc nomine patris, semper superior designatur.

Non obstat secūdum, nam verum est, filios tantum naturales non subesse potestati patris l. cum legitimæ 19. l. lex naturæ 24. ff. de stat. hom. sed notandum est quoties nomen naturalium filiorum opponitur legitimis, significat naturales, & legitimos, §. intestatorum, vers. nec interest infra de hæred. qui ab intest. &c.

Quando igitur dictum est inter patrem, & filios naturales, vel legitimos, est ac si dictum esset inter filios naturales, & legitimos, & legitimos tantum, nam etiam adoptiui, qui legitimi tantum appellantur sunt in potestate, vt dictum est.

Nam obstat tertium, dum dicebatur, insufficientem esse hāc descriptionem, quoniam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

filius familias liberatus patria potestate acquirit ius in familiam; nam animaduertere est hinc peculiariter agi de solutione patriæ potestatis, non de acquisitione iuris. Ratio est, quia ponuntur modi quidam peculiares, quibus soluto nexu potest. patriæ, nullum ius quæritur filio. Veluti quoties patitur ipse filius, seu naturaliter, seu ciuiliter, nam dirimitur ius patris nullo iuris incremẽto. Et quamuis, dum patitur pater, seu naturaliter, seu ciuiliter, vel filius dignitate augetur, vel emãcipatur, cum dirimitur, ius patriæ potestat. vnà quæritur ius filio, qui sui iuris sit; tamen acquisitio huiusmodi dicitur accidentalis in hac materia. Nam votum est Imperatori agere de modis, quibus tantum soluitur patria potestas, vt ex inscriptione liquet, &c.

Quot modis soluatur.
Cap. II.

VNiuersos modos soluẽdi patriam potestatem ad tres redigo. Soluitur namque.

Morte naturali, vel ciuili, & Dignitate.

Contrario actu ciuili. Quorum omnium sua peculiaria extant capita; De morte naturali, & ciuili loquitur titulus noster, vsque in §. filius familias, de dignitate vsque in §. prætereà. De contrario actu ciuili in finem vsque.

Obstat alijs modis non recensitis per Iustinianum Imperatorem solui patriam potestatẽ videlicet: exhæredatione. Nã exhæredatio, aufert vim potissimam patriæ potestatis, idest suitatem, §. cum filij, inf. de hæred. quæ ab intest. &c. l. 1. §. sciendum, ff. de suis, & legit. l. si quis filio exhę redato 6. ff. de iniust. rup. iuncto §. sui autem, infra de hæredit. qual. & diff. ergo malè Imperator nõ recensendo exhæredationem inter modos soluendi pat. potestatem. Ob.

Responde quamquam exhęredatio perimat vim patrię potestatis, idest ius suitatis, non tamen aufert omnino patriam potest. Nam, & si suitas pendeat à potestate patris, tamen pendet etiam à gradu proximiore patri, & exhæredatione cessat ille primus gradus, vt in d. §. cum filius, sup. de hæred. quæ ab int. non tamen eo ius familiæ perimitur

l. vlt.

l.vlt. in fin .ff. vnd.leg. vnde exhæredatus dicitur consanguineus, l. 1. §.vlt.ff.de suis,& legit.

Quomodo soluatur morte naturali, & ciuili.

Cap. III.

MOrte naturali non solum patria potestas, sed vniuersa mortalium tol-
§.1. luntur. Morte quoque ciuili æquum est; nam cum patria potestas sit pars ciuitatis, vt
§.2. in princ. supra de pat. potest. qui totum ius ciuium amittit, hanc quoque partem, vt amittat necesse habet, l. quæ de tota 75. ff. de rei vendic. cuius mortis ciuilis discrimina, inf. in tit.de cap.dim.reddemus.
Ob. 1. Obstat primo. Hæres succedit in vniuersum ius defuncti, patria potestas est ius defuncti, ergo hæres succedit in ius patrium.

Respōde patriam potestatem esse ius personale, quod ex generatione existit, idque ad heredem non transit argumento, §. finitur, inf. de vsuf. sed necesse est non tantū mori auum verū etiam patrem, vt nexu potestatis soluantur filij.

Obstat secundo. Mors ci- Ob. 2.
uilis non est par morti naturali. Nam si sum stipulatus à Titio 100.aureos cùm morietur; ipse autem deportetur, & ita ciuiliter mortuus, tamen petere prohibeor, sed expectanda est mors naturalis, l. ex ea parte 121. §. in insulam de verb.oblig.

Responde, aut sumus in fa Nota.
cto quamuis iure vallato, & tūc naturalis exitus expectandus, factis namque & solutionibus ciuilis ratio officere nō potest. l. ex facto 17. §.ex facto, ff. ad Trebel. Ideò mors ciuilis non est par naturali. Aut sumus in iure, seu in ijs, quę sunt iuris, & tunc quia ciuiliter factū repræsentat eundem effectum, ideo mors ciuilis est par naturali, vt in text. hic, & in l. 1. §.vlt.vers.deportatos mortuorum loco, ff. de bon.poss.cont.tab.l.vlt.C.de episc.& cleric. & ibi Baldus. Ratio differentię ea est, quod facta sint iuris naturę l.41.de pecul.l.5.de acq.poss. Conn. lib. 2.cap.3. ideò in factis, & solutionibus attenditur cursus, & exitus præscriptus à natura. Secus in inuentis iuris ciuilis, vt in hac materia patriæ pot.hæreditatis, &c.nam

tunc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

tunc ciuilis mors videtur ad effectũ ciuilem inſtituta, arg. §.minus, ergo infra de hęred. quæ ab int.def.

Quomodo dignitate ſoluatur.
Cap. IV.

§ filius familias. TAntus eſt quarundam dignitatum honor, vt non patiantur iura eos, qui ad tale faſtigium euehuntur alieno ſubijci Imperio. Hæc vna eſt Patriciatus dignitas nomẽ ordinis ſupremi l.3.C.de con ſul.lib.10. ad quam optati ve luti Principis parentes exiſtimabantur, l.vlt.C.de emãcip. cingulum vero militare, latus clauus, ſeu ſenatorius ordo, & conſulatus non eximunt à ſacris paternis.

Ob.1. Obſtat primo, auth.quę de dignit.coll.6.§.1. & §. generaliter vbi Conſularis dignitas liberat à patria poteſtate.

Reſponde hoc iure authẽt. ſed iure digeſt. de quo nos: non erat tanti Conſulatus. Ratio fuit, quia cauſa publica, & priuata ſeiunguntur in publicis autem poteſtas patris non attenditur. l.nam quod 14. ff. ad ſenat. cõſ.Treb.l. filius fa. &c. ff. de his qui ſunt ſui, vel &c. Non igitur pugnat foris eſſe Principem Reipub. Domi vero eſſe in poteſtate patris, quia ex diuerſis nõ fit illatio l. Papinianus 21. ff. de minor. Sed iure nouiſſimo in maius leuamentum, ac commodũ eius, qui conſulari præfulget maieſtate factum eſt, vt nexu patrio abſoluatur, quoniam ſunt 12. dignitates in d.coll.6. vt innuit quoque gloſſ. in §. filius familias hoc titulo.

Obſtat ſecũdo videri perperam factum, eos, qui ſummo honore potiuntur patriæ poteſtatis commodis priuari; quando in emolumentũ cùm parẽtum, tùm filiorum ſit inuenta pot. pat. vt ſupra aperuimus in tit. de patr. poteſt. cap.2. *Ob. 2.*

Reſponde, & obſerua à patria poteſt. gemino modo liberationem contingere. Primò in liberati emolumẽtum, & damnũ peræquè, vt emancipatis accidit, §.prętereà hoc tit. Tunc enim filius exuit omne ius filij, & ſuitatem amittit §.emancipati, infra de hæred. qual.& diff. Secundò quis dimittitur à poteſtate patris in commodum tantùm, non in damnum ſui. Veluticùm quis ad ſacros ordines promouetur, *Obſeruatio.*

tur,

tur, cum episcopus creatur, c. vidétes de ætat. & qual. auth. sed dignitas, C. de episcop. & cleric. Similí modo si quis Patriciatus dignitaté consequatur §. filius famil. hoc tit. vt in alijs honoribus recensitis per d. coll. 6. const. de dignitatib. §. generaliter. Liberãtur enim hæ personæ à potestate in gratiam dignitatis; meritò videntur eatenus liberatę quatenus damnum patria potestas esset allatura, Cyn. in l. nepotes 5. ff. de his qui sunt sui, &c. Bal. in l. apud hostes 81. C. de suis, & leg. l. vlt. C. de episc. & cleric. Sed hoc casu filij non dicũtur necessarij, cùm ad commodum tantum sub potestate paterna manent, Angel. de Periglis in tract. suit.

Quomodo contrario actu ciuili. Cap. V.

Contrarios actus ciuiles appello omnes, patriam potestatem, quę ciuilis est, destruentes, non etiam suspendentes tantum. Captiuitas, namque non perimit, sed legis fictione suspendit ius patrium, vt in §. ab hostibus hoc tit. vbi DD. passim de cõmento legis Cornelię, & iuris post- §. ab hostibus.

liminij, quæ tanquam protrita prætereo. Auferunt ergo patriam pot. emãcipatio, quæ quid sit non laboro explicare cùm scribant de ea vniuersi interpretes. De adoptione quoque supra in suo tit. Intellige tamen de ea, quę arrogatio nuncupatur, vel quæ ab auo paterno, vel materno fit; nã alioqui adoptione ius patris naturalis minimè dirimitur, §. sed hodiè supra de adopt. l. cum in adoptiuis, C. de adopt. §. sed si pater hoc tit. §. sed si pater. Hosce actus appello contrarios patriæ potestati ex regula, l. nihil, tam naturali 35. de reg. iu.

Obstat primo, superfluum Ob. 1. esse, quod ponitur à Iustiniano in §. præterea hoc tit. nam satis erat dicere soluitur patria potestas adoptione, qua fit trãsitus in aliam familiam: eandem enim naturam in hac materia habet adoptio, & emancipatio. Meritò in Pandectis ponitur titulus promiscuè inscriptus de adoptio. & emancip. &c.

Responde in Pandectis misceri cum adoptionib. emancipationes, non quod eædem sint, sed quòd idem pręstent. Patriam namque potestatem au-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

aufert emancipatio, quemadmodum adoptio. Longè tamen diſtant hæc duo; cùm adoptio ſit naturæ ſimilitudo, emancipatio relaxatio pat. poteſtat.

Prȩterquam, quod ſi emancipatio par adoptioni ſit in ſolutione iuris patrij, eſt tamen cum diſcrimine, nam adoptio poteſtatem naturalem ſoluit, & aliam affert; Emancipatio ſemper ſoluit, & non affert. Arrogationi autem in totum aduerſatur; quia Arrogatio ſui iuris homines in poteſtatem alterius conijcit, emancipatio à iure patrio liberat.

Ideò bene Iuſtinianus, dum ſecreuit ab emancipatione adoptionem.

Obſtat ſecundo, Non poſſe ſolui patriam poteſtatem emancipatione, quæ eſt venditio liberi hominis, quæ non permittitur, cũ libertatis nulla ſit æſtimatio. Ob. 2.

Reſponde, alienationem liberi hominis à lege inhiberi, ideò diſpoſuit, vt in ſtatum ſeruilem prius truderet l. liberos 3. §. 1. de c. dim. ideſt imagine quadam ſeruitutis, vt imaginaria quoque venditio ſubſiſteret.



IN

Tit. 13

IN TITVLVM XIII. DE TVTELIS.

BIceps erat personarum distributio, quędam in potestate, quędam sui iuris. Hactenus de his, quæ subsunt potestati, seu dominicæ, seu paternæ. Consequens erat aliquid de alio capite attingere, vt liqueat, qui sui iuris sint. Meritò scribit Iustinianus, hasce personas, quæ in potestate non sunt aliena, vel sub tutela, vel sub curatione esse; Demum neutro iure teneri reliquas, sibique relictas esse, sine alterius personæ sollecitudine, vel cura.

Tria expendenda sunt in hoc titulo ex ratione methodica Iustiniani.

Cap. 1. Quid sit Tutela.
Cap. 2. Quotuplex.
Cap. 3. Quibus, & à quib. tutores dentur.

Quid sit Tutela. *Cap. I.*

TVtela est vis, atque potestas in capite libero, §. est autem.
" ad tuendum eum, qui propter
" ætatem se defendere nequit
" iure ciuili data, atque permis-
" sa. Ita Imperator in §. 1. tituli nostri concordat l. 1. ff. eo. Sebast. Medic. in tract. definitio. Francis. Baldui. ad leges 12. tabul. cap. 38.

Dicitur *ius* non, quia detur inuitis, sed ius, seu virtus, aut vis animi, seu mēs solida, quæ sarcit lacunas imperitę, ac fluxæ ætatis impuberum, §. penult. infra de Attiliano tutor. Additur potestas, vt intelligatur non omnib. virtute prędit is, & sensu animi valentibus temere concessum impuberes tueri, sed his tantum quibus leges ciuili datum, atque permissum est, vt in fine definitionis. Tutela namque munus est publicum ciuile, nec omnibus datur lege prima, §. vltimo, ff. de mune. &

 ho-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

honor. & nos infra aperiemus.

Ob. 1. Obſtat primo loco, dum dicitur *poteſtas*: falſum eſt enim tutelam eſſe poteſtatem cùm Iuſtinianus in principio tituli noſtri inquiat. Ex his perſonis, quę in poteſtate non ſunt quædam in tutela, vel curatione ſunt, &c. Si igitur hi, qui ſub tutela ſunt non ſunt in poteſtate, quomodo tutela poteſtas erit?

Reſponde poteſtatis verbum ſignificationem à ſubiecto vſurpare. In materia par. poteſt. accipiendum pro infinita, ac ſumma poteſtate iuris vendēdi, vitæ neciſque, quod patres familias in liberos, domini in ſeruos habent. In tutelę vero definitione poteſtatis verbū ſignificat eam, quæ eſt ius prohibendi à pupillo incommoda l. poteſtatis 215. ff. de verborum ſignificatione. Alia igitur eſt poteſtas, quæ reſpicit ius capitis, & familię, & hanc non habent tutores. Alia quæ reſpicit gubernationem perſonæ, & bonorum adminiſtrationem, & hanc habent tutores.

Dicitur in definitione *in capite libero*, ideſt in tutore liberæ conditionis, vt linguæ latinæ puritas ſubmonet. Seruus enim tutor eſſe non poteſt l. 33. de reg. iu.

Obſtat ſecundo verba, *in capite libero*, potius eſſe referenda ad pupillum l. 4. ff. de teſt. tut. Ob. 2.

Nec moueat linguæ latinè vſus; nam Teophilus vertit in caput liberum, ad ſecuritatem, ſcilicet, & præſidium, & cautionem, & vt not. Gell. libro primo cap. 7. prępoſitio, in, apud veteres modo accuſatiuo, modo ablatiuo iungebatur.

Reſponde diſtinguendo, aut verbum liber accipitur, pro libertate reſpectu iuris, & poteſtatis, & tunc verba in definitione reſpiciunt tutorem, qui ſeruus eſſe non poteſt. Aut accipitur, prout materia ſubiecta tutelæ ſuadet pro ſui iuris, & tunc verba in definitione referuntur ad pupillum, qui cùm impubes ſit in patris deſijt eſſe poteſtate Tutoris vero caput nō eſt neceſſe ſui iuris ſit, cùm filiusfamilias tutor eſſe poſſit, vt in princ. tit. inſ. qui teſt. tut. dar. poſſ.

Subnectitur in definitione, *ad tuendum eum*, quæ verba cauſam finalem deſcribunt,

&

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

& verbum defendere significantius est, magisque proprium respectu tutelæ, quæ à tuendo dicitur, quàm regere gubernare, administrare; nam tutela ad defensionem personæ, nō bonorum dispensationem præcipuè pertinet, l. quia 14. ff. de test. tut.

Deinde dicitur *à iure ciuili data, atque permissa*, per l. verbis legis 120. ff. de verbo. signif.

Ob. 3. Obstat tertio, potius videri tutelam iurisgentium. Nulla enim gens vnquam tutoribus caruit, vt in §. vlt. infra de Attil. tut. Imper. apertis verbis ait, impuberes in tutela esse naturali iuri consentaneū est. Igitur tutela erit iuris naturæ, idest secundarij, seu iurisgentium.

Responde ex frequenti illa distinctionis formula adhibita in conciliandis temporibus, & veteribus, ac nouis iuribus: Ortum scilicet, & materiam tutelæ iurisgētium acceptum referri, formā verò iuri Quiritum; quæ res in apertum venit ex titulo, & nomine de legitima, de fiduciaria tutela, & de auctorit. tut. ac curato. nec non amissionem eius muneris per capitis diminutionem, vt inf. in loco reddemus.

Demum in calce definitionis stant verba, *data atque permissa*, quæ, ne putes ambitiosè posita expone *data* propinquis, nam legitima propriè à lege datur; *permissa* verò parentibus, & magistratib. qui dent.

Obstat quarto, in vniuersum contra hāc definitionem, quæ videtur competere alteri, quam rei definitę, vt patrię potestati. Nam pater dicitur filium tueri l. vlt. §. necessitate ff. de bon. quæ lib. *Ob. 4.*

Respōde, patriam potestatem non esse principaliter ea de causa inductam, deinde illa verba, *qui propter ætatem se defendere nequit*, satis dilucidam differentiam constituunt inter patriam potestatem, & tutelam. Sicuti inter curam, quæ nō datur propter ętatem tantum sed, & propter furorem, morbum, &c.

Obserua autem tyro hæc, quæ notantur in modum coronidis. hanc tutelam, quæ definita est, esse munus publicum, personale, virile, indiuiduum, quæ breuiter tango, vt tibi vis, & essentia tutelæ aperiatur. *Obserua.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

Est munus publicum, quia datur inuitis, vt infra in tit. de excusat. tut. Nam publica; legitima causa non obtenta; repudiari non possunt l. si quis magistratus 9. ff. de muner. & hon. not. Dd. in l. si quãdo inuitos 15. C. de testibus.

Dicitur personale munus.

Nam personale munus est administratio Reipub. vel priuati hominis in eius creatione auctoritatem habens sine vlla patrimonij erogatione: nam Rempublicã administrare munus est publicũ l. vlt. in princ. de mun. & hon. ad qđ quis iure compellitur. d. l. 9. & ob id dicitur priuati hominis intuitu tutelæ, quæ cùm munus sit publicum, tamen eius administratio priuati est, sed habet in creatione publicam auctoritatem vt inf. de excus. tut. in princ. Nam si de publico auctoritatem non haberet, vnusquisque onus tutelę detrectaret; nec cogeretur inuitus, vt dictum est.

Dicitur quoque virile l. 1. C. quando mul. tut. off. &c. l. vlt. ff. de tutel. nam fęminæ prisco æuo sub perpetua erant tutela; licèt hodie Principis rescri pto huius muneris sint capaces l. iure nostro 26. ff. de test. tut. l. 1. C. quãdo mul. tut. off. fung. &c. & hoc iure digestorum. Iure vero Codicis alia solennitas excogitata est, vt etiã post impetrationem à Principe factam iure iur. fęmina debet secundis nuptijs renũciare cum iudicis decreto, & tũc in eius persona tutela locum habeat, quando nulli legitimi tutores supersint l. 2. C. quando mulier, &c.

Demũ iure authen. in auth. de hæred. ab int. ven. §. ex his coll. 9. ius immutatum est, & non est amplius opus id impetrare; nã tutela à lege matri, & auiæ permittitur. Necnon mentio, quę erat de matre extẽditur ad auiam. Rursus hoc iure fœminæ præfatæ præferuntur omnibus legitimis, & si volunt datiuis, & testamentarijs, nec non sublatum est iuramentum de non conuolando ad secundas nuptias, & sat est sine vllo religionis vinculo, secundis nupt. Velleiano, & omni alio legis auxilio renunciare.

Demum hoc iure quãquam mater, & auia nomina fecerint cum pup. tamen à tutela non repelluntur, cum alij arceãtur auth. minoris, C. qui dar. tut. poss.

Quid

Quid de proauia. Vid. Bar. in l. ſi quis 11. ff. de teſta. tut.

Demum dicitur, indiuidua tutela, quia ab vno exercetur, licèt plures tutores dari poſſint, not. in tit. de auct. tut. vel curat. de quorum beneficijs, vide Mynſ. & alios ibi.

Quotuplex tutela ſit? Cap. II.

OLim, vel pupillaris, vel muliebris erat tutela. Gell. lib. 5. cap. 6. hodie gemina tutelæ ſpecies eſt, ſed ſemper pupillaris, vt ex definitione ipſius conſtat; *ibi data, atque permiſſa*. Alia data, quæ datiua nuncupatur, alia permiſſa parentibus, & magiſtratibus, vt dent.

Ob. Obſtat quadrifariam reperiri diuiſam tutelam; alia teſtamẽtaria dicitur, de qua in ſeq. tit. alia legitima, quæ à lege proximioribus agnatis defertur, vt infra de legit. ag. tut. l. quo tutela 73. ff. de reg. iur.

Tertia fiduciaria locum habens in fratre fratris emancipati, vt inf. de fiduc. tut.

Quarta datiua, quæ à magiſtratib. proficiſcitur, vt inf. de Attil. tut. igitur malè ponitur gemina tutelæ ſpecies.

Reſponde ſub gemina, diſtinctione reperiri, aliàs tutelarum ſpecies. Imò, & vnicum genus fieri poſſe, inde perſuas ſpecies expolitum. Omnis, namque tutela legitima eſt, quia à lege prodita l. lege obuenire 130. ff. de verb. ſignif. Cæterùm, quia alia à lege immediate venit, vt ea quæ agnatis, patronis, & parentibus, ſeu fratribus datur, ideò legitima nuncupatur. Alia mediatè, id-eſt per magiſtratus, vel per parentes in teſtamento; ideò interueniente propinquiori cauſa velut inſtrumentali, quæ duplex eſt teſtator, & magiſtratus, meritò eius ſpecies pro duplici cauſa gemina eſt, & alia appellatur teſtamentaria, alia honoraria, datiua, fiduciaria, &c.

En igitur tutela poteſt, & bifariam, & pluribus modis diuidi.

Quibus, & à quibus tutores dentur. Cap. III.

IN hoc capite explicatur. §. permiſſum hoc tit. cũ duobus §§. ſeqq. Ex quibus elicere eſt à parentibus duntaxat tutores dari poſſe, quod intellige à patribus, non à matribus,

§. permiſſum hoc tit. in fin.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

bus, nec ab extraneis l. impuberi 40. ff. de adm. tut. Ratio, quia tutelæ datio pendet à patria poteſtate, l. verbis legis 126. de verb. ſignif. ideò non competit niſi patri, non etiam matri; mater enim filios non habet in poteſtate l. nulla fęmina, ff. de ſuis, & legit. §. fœminæ ſup. de adop. Tum extraneis hoc interdicitur, ex maioritate rationis. Dãtur autem tutores non temerè omnibus. Sed ciuibus Rom. non ſeruis, non deportatis, cum tutela ſit iuris ciuilis, cuius non ſunt capaces præfatæ perſonæ l. 17. de pæn. ciuibus igitur Romanis dantur tutores, cum hiſce adiunctis, vt non ſint filij familias, ſed ſui iuris, ideſt ſi in poteſtatem patris ſui mortuo auo recaſuri non ſunt, vt exemplum eſt in d. §. permiſſum, nec non impuberes eſſe debent, ideſt minores 14. ann. ſi ſint maſculi, fœminæ minores 12. Ampliatur in filijs, & nepotibus poſthumis, §. cum autem hoc tit. ſi modo in ea cauſa ſint, vt ſi viuis parentib. naſcerentur, ſui hæredes, & in poteſtate eorum fierent; ideſt ſi auus dat tutorẽ poſthumis pater non ſit in medio, ita vt ſi naſcerentur eſſent ſui, & in poteſtate aui. Sed obſtãt plura.

Obſtat primo, dum dictum eſt, ſolos parentes poſſe tutores dare, §. permiſſ. hoc tit. nã in l. iure noſtro 26. §. vlt. ff. de teſt. tut. dati tutores teſtamento ab extraneis, ſeu matre, ſeu patre filijs emancipatis debẽt confirmari, ergo non eſt prohibita datio; alioqui lex confirmaret actum, quod prohibuit. *Ob. 1.*

Reſponde, alia eſt tutorum datio iuris, alia facti. Iuris datio eſt, quę à lege permittitur, vt parentibus, & magiſtratib. ideò dati ab his non confirmantur, & ipſo iure tenet datio. Facti ea eſt cùm, vel extraneus, vel pater filio emancipato, qui velut extraneus tunc eſt, vel mater antiqua iuris diſpoſitione tutores dat teſtamento, nam hæc datio iure non tenet: tenet tamen facto, ideſt ex æquitate naturæ arg. §. vlt. inf. de attil. tut. ideo factum eſt, vt ſi lex hoc factum confirmet, teneat datio, ſed actus dicitur vim capere à lege, cùm confirmatio iuris ſit potior prima rei origine, vt no. Dd. in rub. C. qui admitt. &c. Sed an ſit datiuus, vel teſtamentarius controuertitur. *Obſerua.*

Sed

Sed non est nostri instituti in quæstionibus moram facere. Quicquid dictũ est de matre nõ explico pluribus. Sed reijcio ad ea, quæ abundè dixi in primo cap. huius tit. in fin.

Ob. 2. Obstat secundo, dum dicitur supra Tutores dari ciuib. Romanis, non seruis, non deportatis, &c. nã seruis aliquando tutor datur l. si impuberi 131. in primo responso, ff. de tut. & curat. dat. &c.

Respõde tutorem dari seruo, status controuersia pendente, ita tamen, vt teneat datio si liber sit, facit. l. ei, qui 17. ff. d. tit. ergo non sequitur dari seruo tutorem.

Ob. 3. Obstat tertio, dum dictum est dari filijs sui iuris, idest à patre his filijs, qui mortis tempore sui iuris sint. Similiter omnis alia datio fit filijsfam. obstat inquam tex. in l. vlt. C. de senten. pass. vbi tutor datur ad tuendum filiumfam. §. penult. vbi dicitur si pater reuersus ab hostib. sit vitiorum seruus, licèt recipiat priora iura, & patriam potestatem, tamẽ filius eius sub tutore degere debet.

Responde esse speciale, fauore filijfam. & in odium patris scelestissimi, ne bona omnia dilapidet, vt optimè ea lege expressum est.

Obstat quarto. Si tutores dantur filijs, qui sunt sui iuris, & tutelæ datio pẽdet à patria potestate, vt iam diximus l. 120. de verbo. signif. Quomodo potest pater tutores dare ratione patriæ pot. quæ morte soluitur filijs, qui post mortem non sunt sub potestate? & tamen tutelæ datio durat post mortem in annum 12. in fœminis, & 14. in maribus. Ob. 4.

Respõde solui patriam potestatem morte; vigere tamen dispositionem tutores dandi, tanquam actum confectum, dum patria potestas vigebat in emolumentum ipsius filij. Ideò, & si filius post fata patris sui iuris sit, tamen ob lubricum ętatis sub tutore relicto in vim patrię potestatis recẽter solutæ merere cogitur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

Tit.13

IN TITVLVM XIIII. QVI TESTAMENTO TVTORES DARI POSS.



Ixit de his à quibus dari, & quibus testamento tutores possint. Nunc breuiter restãt duo videnda.

Cap. 1. Qui testamento tutores dari possint, &

Cap. 2. Quomodo.

Qui testament. tutor. dentur. *Cap. I.*

Princ. tit. Dari possũt tutores personę, tam sui iuris, idest patresfamil. quàm alieni iuris

Alij duo §. idest filijfamilias. Seruus quoque proprius simpliciter cum libertate tutor datur, & si sine libertate tutor detur, tacitè censetur directam libertatem accipere, & inde tutor esse. Datur seruus alienus sub conditione si liber erit. Datur furiosus, & minor 25. annis, cũ conditione cùm furere desierit, & cùm ætas accesserit.

Igitur summa sit, tutores testamẽto dari ciues Romanos, siue sui, siue alieni iuris, dummodo 25. annum ætatis impleant, nec non seruos proprios, cum libertate, & alienos sub conditione, nec non omnes personas capaces, per accidẽs impeditas sub ea conditione, dum expediantur. Ita elicere est ex princ. tit. nostri, cum duob. §§. seqq. consonat, l. vlt. C. de legit. tut. & l. quæro 32. §. vlt. ff. de test. tut. sed obstant plura.

Obstat primo, quatenus dictum est tutorem posse dari filium familias. Nam regula est, qui ab alio possidetur aliũ possidere non potest, l. sic eueniet 21. ff. de adult. l. si seruis 16. ff. de interrogat. act. Sed filius familias à patre possidetur, vt sup. de pat. pot. ergo tutor esse alterius non potest. Ob. 1.

Responde, tutelam esse munus publicum, vt sup. in tit. de tut. aperuimus in calce primi capitis, & potestas publica actiuè, cum potestate priuata Not.

pas-

passiuè concurrere in eadem persona possunt, quia sunt iura separata. l. antepenult. ff. de his, qui sunt sui, &c. Regula vero, qui ab alio possidetur, &c. exploratissima est in eodē iure, & eadem potestate, nam filius fam. non potest iure pat. potes. habere filium in potest. quia ab alio possidetur. Similiter de seruo, qui seruum habere non potest, &c.

Ob. 2. Obstat secūdo. Imò replicationi fit locus ex hac instantia, seu exemplo contrario testamentum est publici iuris, vt no. Dd. in l. 1. ff. de testam. Iul. Clar. 1. senten. & à patria potestate impeditur. Nam filiusfamilias ratione patrię potest. expers est testamenti condendi l. 3. ff. de testam. & l. 6. ff. dicto tit. Igitur vera non est regula superior, publica non impediri à patria potestate.

Respondetur ex sententia, Aldobran. in commen. Impeditur testamētum à patria potestate, quia filius familias in eo non agit, vt publica persona, vt in tutela, ac magistratu, sed vt priuatus; ideò non concurrit regula superior.

Ob. 3. Obstat tertio. Absurdum est, dari tutorem filium familias, quia alteri per alterū iniqua conditio infertur, contra regulam iuris. Nam, vel satisdat filius, & præiudicat patri: patrem namque consentientē obligatio arctat l. 7. de Tutelis, vel non satisdat, & tunc præiudicat pupillo, quia si malè administret, & nihil habeat in bonis, cùm pater nō teneatur, pupillum pati necesse est, quod est absurdum.

Responde. Aut filiusfam. est tutor testamento electus, & tunc satisdare non tenetur, vt inf. in tit. de satisd. censetur namq; bene à testatore optatus; ideò si pater consentiat administrationi filij sui, non tenetur, nisi de peculio, & de in rē verso l. Lucius 22. ff. de administ. & pericul. tut. Aut filius familias est datus à lege, & tunc quamuis non consentiat pater, tenetur de peculio. Si verò annuat, in solidum fit obnoxius. Ratio est, quia tutelæ datiuæ adiungitur satisdatio, & in tutela satisdationē exigēte pater filio, vel inuitus consentit l. si quis inter 18. §. Imperator, ff. de excusat. tut. Non est igitur læsio pupilli. Non offensa patris, cui si datur, omne emolumentum acquisitionis filij, ęquum est dari aliquid iacturę, l. secundum

na-

naturam, de reg. iu. Igitur potest tutor dari filius familias, nec repugnat patria potestas, aut satisdatio.

Ob. 4. Obstat quarto loco, quoad seruum. Nam regula est eum tutorem dari non posse, qui testamenti factionem non habeat l. testamento 21. ff. de testam. tut. Sed seruus est talis, qui nullam cũ iure ciuili communionem habet l. 33. de reg. iu. Igitur, &c.

Responsio facilis est. Intellige non dari eum, qui testaméti factionem passiuam non habeat, alioqui filius fam. tutor esse non posset. Sed seruus cùm tutor testamento datur si proprius est illicò consequitur libertatem, ita vt testamenti factionem habeat, nam non prius tutor est, quin sit liber.

Ob. 5. Obstat quinto loco, dum dicitur seruus proprius, sine libertate tutor datus tacitè directam libertatem accipere videtur, cum quo concordat l. quæro in fin. 32. ff. de test. tut. obstat tamen l. etsi 9. C. de fideicommiss. libert. quò loci dicitur; competere fideicommissariam. Igitur pugnant iura ex diametro, vt notant hic interpretes, nam si competit directa, seruus liber est sine manu hæredis pupilli, & orcinus dicitur libertus, vt sup. in tit. quib. ex caus. man. non licet. Si fideicommissaria à manu hȩredis accipit libertatem & ideò fit libertus pupilli. Propterea valdè discrepant hæc iura.

Antymonia.

Respondet glos. in §. 1. hoc tit. & in d. l. 9. Cuiac. in not. suis ad hunc tit. Vulteius, & alij, quorum scitissima dicta non refero, ne legentes, obtundã proferã tamẽ meum, quale quale fuerit inter tot viros iudiciũ. Existimo hanc voluntatis esse quæstionem positam in coniectura, vel ab euidenti sensu mentis testatoris pendere. *Conciliatio.*

Nam seruo proprio tutore scripto libertatem competere omnes Iur. Cons. & omnia iura fatentur. An directa, an vero fideicommissaria competat iurgiũ est, quod quidem cũ in re non expressa, vel non decisa, sed in casu, qui potest à voluntate testatoris decidi si vno, vel altero modo dãdo directam, vel grauando per fideicõmissum loqui voluisset, certè decisio iurgij non poterit pendere nisi à considerabilitione voluntatis testatoris.

Ita

Ita mihi videntur rescribere Impp. Valerianus, & Gallienus in d. l. etsi non scripta 9. C. de fideico. libert. in calce, vbi postquã rescripserunt prę fato seruo fauore libertatis, & pupillorum dandam libertatem fideicommissariam, addunt (*nisi aliud euidenter defunctum sensisse appareat.*) quasi dicant; Cum nulla ducitur coniectura voluntatis testatoris, eo quia nullum verbum adiecit, nisi seruus meus Verna tuctor esto filiorũ meorum, vel simili alio modo; tũc fauore libertatis libertas competit, licèt data non sit; fauore quoque pupilli debet esse fideicommissaria, idest dari ab hærede pupillo, vt seruus manumissus sit libertus pupilli. Sed si aliquid expressum sit à testatore, ex quo appareat illum sensisse de libertate directa, vel de affectione ipsius serui secus est. Ideò nil mirum si in d.l. quæro 32.§. vlt. cũ qua cõsonat Iustinianus hic dicatur competere directam; nam ibi Testator sub proprio nomine appellat seruum suum, imò cum nomine, & cognomine, nec seruũ dicit, sed ait Lucius Eros, atque eum coniungit cũ alio Tutore liberæ conditionis, ex quib. ducitur coniectura, voluisse testatorẽ sua manu, non expectato hęredis circuitu competere seruo libertatem.

Quomodo Tutores dentur. Cap. II.

HOc caput secundum est secunda pars tituli nostri, & habet formam dandi tutores in testamento. Forma autem reponitur in tempore à lege præscripto. Præscribitur autem trifariam. *§. ad certum tẽpus.*

Primum est, quando tutor testamento datur ad certum tempus, vt seius in quinquennium tutor esto l. tutor 8.§. 1. ff. eod.

Secũdum est ex certo tempore, vt post quinquennium, Caius.

Tertium est sub cõditione. Quod si nauis ex Asia venerit simul Sempronius tutor esto. Et interim, dum pendet conditio iudex supplet: nã quandiu cessat testamentaria, locus sit datiuæ l si quis sub conditione 11. ff. de testam. tut.

Potest igitur dari tutor testamẽto purè, & sub conditione. Certæ autem rei, vel causæ tutor dari non potest l. certarum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

tarum 12.ff. de teſta.tut.ratio eſt in §. certæ hoc tit. nam tutor datur perſonę non rei,non cauſæ. Sed plura obſtant.

§. certa autem rei.

Ob. 1. Obſtat primo. Tutor ſub cõditione à Iudice dari non poteſt l.actus 77. ff. de regul. iur.l.6.§.1.ff.de Tutelis,ergo nec à teſtatore.

Conſequentia patet argumento de maiori ad minus, quod negatiuè concludẽs eſt. Euerard.in Top. iu. Nam iudex maior eſt teſtatore, cùm auctoritate,tùm ſupplemẽto, qui defectum teſtatoris iudex ſarcit, & ſupplet d. l. ſi quis ſub conditione 11. & tamen iudex ſub cõditione dare non poteſt. Igitur,nec teſtator.

Reſponde argumentum de maiori ad minus corruere diuerſa hinc inde ratione prolata; cur iudex non det ſub conditione, nõ eſt in cauſa maior auctoritas, vel minor, ſed neceſſitas. Supplet iudex, dum deficit conditio ob neceſſitatẽ. Sed ſi ſub conditione, non purè ſtatueret iudex,nemo reperiretur, qui pendente iudicis conditione ſuppleret. Conſultum eſt in hoc diſpoſitioni teſtatoris, cuius iudiciũ ſeruandum,& cenſendum magis expedire filijs cõditionem à patre appoſitam, quæ res in iudice conſiderari non poteſt.

Rurſus reſponde Tutelam eſſe actum legitimum in iudice l.6.§.1.ff.de Tutelis; ideò non poteſt dari ſub conditione,nam actus legitimi non recipiunt diẽ, aut conditionem l.77.de reg.iu. Tutela,autem teſtamentaria non eſt actus legitimus, neq; à lege certa datus, aut conſtitutus, ſed permiſſus, vt in definitione tutelæ, & in l.verbis legis 130. ff. de verb.ſignif.meritò hęc datur ſub conditione. Obſerua.

Obſtat ſecundo, ſeu ſit locus replicationi ex mente Hoſtienſis in cap.ſuper eo ext. de cond.appoſit. in hunc modũ. Tutela eſt actus iudicialis, cum teſtamentum dicatur ſententia l. 1.ff.de teſtam. Igitur non debet eſſe conditionalis, ſicuti non eſt datiua, quæ à iudice datur. Ob. 2.

Reſponde ex mente Cyni Piſtorienſis in Rub. C. de teſtam. tut. Tutoris dationem eſſe actum legitimum, qui aliquando conditionem recipit, aliquando reſpuit. Recipit in teſtatore, non in iudice. Ratio diſcriminis eſt, quia cùm talis actus minus legitimẽ à

teſta-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

testatore fit propter diei, vel conditionis adiectionem sarcitur à iudice, vt iam diximus. Sed à iudice minus plenè procedi non potest, tum quia datiua vltimo datur, & non superesset, qui suppleret, tum quoque, quia iudex, qui aliena facta complet, & corrigit debet esse perfectus, absolutus, & incorrigibilis argum. in autho. de santiss. Episcop. §. 1.

Ob. 3. Obstat tertio, dum dicitur, certæ autem rei, & causæ tutorem dari non posse, vt fundi Tusculani, vel ad litem, vel ad negotiũ, &c. concord. l. & si datus 13. ff. eodem; obstat inquam, quia hæreditas, & tutela pari passu ambulant, l. quo tutela 54. ff. de reg. iur. Sed hærede in re certa scripto sustinetur institutio detracta rei mentione l. 1. §. ex fundo, ff. de hæred. inst. Igitur eodem modo in tutela, in re certa constituta, seu data.

Responde, tutelam, & hæreditatem nõ in omnibus pari passu ambulare; nam dicta l. 54. intelligitur, vt qui aspirant ad hæreditatem, illi debeant onus subire tutelæ. Sed in hoc differt institutio à tutela.

Ratio discriminis ea est, quia nisi per detractionem rei sustineatur institutio, non potest alio remedio seruari voluntas testatoris, nam quando potest, puta vno ex re certa instituto, & ei dato cohærede certa in re; scriptus in re certa non erit hæres, sed vt legatarius illam rem accipiet, vt penes alium coheredem tota sit hæreditas, l. quoties 13. C. de hæred. instit. At in tutela, alia via possumus prouidere pupillis, quia si cessat testamentaria fit locus datiuæ.

Obstant quarto, plura iura quibus videtur posse dari, immo dari tutorem rei, & certæ rei, l. cum plures 12. §. cum tutor, ff. de administ. tuto. vbi tutor rebus, & moribus pupilli pręponitur l. 4. ff. de testam. tut. vbi à matre filio tutor dari non potest nisi prius à se instituto, ratio est, inquit Iur. Cons. quia in rẽ potius, quam in personam tutor detur, l. 15. si tamen, ff. de testa. tut. cum sexcentis similibus allegatis per Accursium, & Doctores hic. Ob. 4.

Sed respõde Tutelam personæ dari, quæ cùm sit indiuidua, meritò tutela quoque

indi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

indiuidua esse debet. Ea propter certæ rei, aut causæ dari non potest; nam ita scinderetur tutela, & non personæ, sed rei data videretur, essetq; vna natura eius, cum curatione.

Neque refragantur iura in contrarium allata, nam ad primam legem 12. respon. dari rei, seu rebus non principaliter, sed per consequentias. Non obstat l.4. quia ibi cùm materna tutoris datio nō subsistat ipso iure, dicitur substineri, si hæres instituatur, quasi sit tutor datus ratione rerum suarum. Non obst. l.15. nam non diuiditur tutela, sed administratio, ea ratione, quia res pupilli erant amplæ, & longa locorum intercapedine disiunctæ, ob id propter emolumentum pupilli diuiditur administratio.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

Tit. 15 # IN TITVLVM XV. DE LEGITIMA AGNAT. TVTELLA.



Bſoluto tutelæ teſtamentariæ tractatu; ſequitur legitima. Pro cuius tituli dilucidatione videndum.

Cap. 1. Quid ſit Tutela legitima.

Cap. 2. Qui ſint agnati, cognatiue, ad quos hæc tut. ſpectat.

Cap. 3. Quo iure, ratione, & ordine eis deuoluatur.

Quid ſit Tutela legitima. *Cap. I.*

„ TVtela legitima eſt quę, à
„ lege defertur proximio-
„ ribus perſonis iure ciuili hæ-
„ reditatem pupillorũ, quibus
„ teſtamento tutor datus nõ eſt,
„ ſperantibus. Ita libuit ex lege inſtituti noſtri tutelam legitimã deſcribere traximus eam ex ſubſtãtia tituli noſtri, & l. 1. ff. eod.

Diximus *à lege defertur*, per tex. in princ. tituli noſtri vbi legitur. Quibus teſtamẽto tutor datus non eſt his ex lege duodecim tabularum agnati ſunt tutores, idem in l. 1. de legi. tut. Vnde, quia à lege defertur legitima appellatur, l. legitima 8. ff. de peti. hæred.

Obſtat. Quicquid iudicio teſtatoris venit, eo quia lege confirmetur, dicitur lege obuenire, & ob id legitimum l. 130. lege ff. de verb. ſig. Igitur etiam tutela teſtamẽtaria erit legitima. Ob. 1.

Reſponde, teſtamentariam dici impropriè obuenire lege, quia mediata cauſa teſtatoris ab ea confirmatur; legitima propriè, & immediatè à lege datur nullo facto hominis; ideò præfata lex 130. ait, quicquid iudicio teſtatoris venit, non impropriè dicitur lege obuenire.

Diximus *perſonis proximioribus iure ciuili*. Nam tutela priſco ęuo deuoluebatur agnatis, quod agnatorum nomen, & inuentum eſt iuris ciuilis, vt in ſecundo capite explicabitur, excluſis cognatis, quorum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

rum successio est iuris naturę, vt inf. de leg. agnat. success. l. quo tutela 74. ff. de reg. iur.

Dabatur, itaq; tutela coniunctioribus personis coniunctione ciuili, idest per virilem stirpem viris proximioribus, qui agnati vocabantur fęminis, & cognatis exclusis.

Ob. 2. Obstat secundo. Fœminæ quoque per virilis sexus coniunctionem iunguntur, & agnatæ nuncupantur. Igitur ad eas debet etiam spectare tutela legitima.

Responde, & si fœminæ agnatæ sint, tamen tutela cum sit officium virile, vt supra ex definitione apparuit l. vlt. ff. de tutel. Ideò in hac materia agnati accipiendi sunt ij, qui virilis sexus sunt l. 1. & l. pen. ff. de legit. tut.

Diximus *hæreditatem pupillorum sperantibus* per d. l. 1. & princ. tit. nostri, & d. l. quo tutela de reg. iur. nam cum agnati proximiores aspirēt ad commodū hæreditatis, æquū quoque est eos subijci oneri tutelæ.

Ob. 3. Obstat tertio. Cognatos pariter, & Agnatos sperare hę reditates pupillorum §. ex his auth. de hæredita. ab intestat. &c. nouell. 18. Igitur, pariter ad onus tutelæ vocabuntur?

Responde exæquationem inter agnatos, & cognatos esse factam iure nouell. sed legi duodecim tab. erat incognitus ordo cognatorum l. 1. ff. vnde cogn. Ideò iure nouissimo exploratum est, tam agnatis, quam cognatis proximiorib. tutelas legitimas. Sed nos descriptionem nostram mutuati sumus ab iure 12. tab. ex præscripto Imperatoris in hoc titulo.

Demum diximus, *quibus tutor testamento datus non est* per tex. in princ. tit. nostri l 1. ff. eod. nam quādiu testamentariæ tutelæ locus esse potest, cessat legitima l. si quis 11. ff. de testam. tut. §. quod autem hoc tit. nostro: Vel cùm datus est tutor testamento, qui viuo testatore decesserit.

Qui sint Agnati, & Cognati.
Cap. II.

Satis dilucide explicatur ab Imperatore in §. 1. tit. nostri, qui sint agnati quive cognati. §. 1. Nos tamen peculiaria quædam attingemus, non satis aperta tyronibus.

Non lateat primo loco tyronem cognationis nomen in ge-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

genere, & in ſpecie vſurpari. Quod abſurdum non eſt, nam quoties altera ex ſpecieb. caret nomine, illud à ſuo genere mutuatur. Vt not. Dd. Cognatio in genere nil aliud eſt, quàm cohærentia quędã perſonarum, quæ per generationem contracta ex eodem ſanguine conſtat, cuius communione, altera alteri coniuncta eſt. Sed de hac plenè in tit. de gradib. cognationum, vbi eſt ſuus locus.

Agnatio eſt ſpecies cognationis, & nil aliud eſt, quàm quæ per mares, ſiue virilis ſexus perſonas cõtingit ex trãſuerſo. Vti patruus meus mihi agnatus eſt, quia mihi coniunctus per maſculum, ideſt per patrem meum, ſed ex latere. Habent autem agnati, idem gentilitatis nomen eaſdẽ imagines, eandem familia; ideò agnatio ex virili per latus propagatione eſt.

Cognatio verò in ſpecie eſt à matre, nam qui per fęminas nobis coniunguntur cognati appellantur, vti filia ſororis meæ eſt mihi cognata, item filia amitæ meæ.

Calleat ſecundo loco tyro hæc nomina, tam diuerſa non vnc, eodemque iure, aut tempore prodita. Nam cognatio eſt nomen naturæ, & ſignificat in genere humano, quandam ſanguinum commixtionem, nec diuidit mares à fœminis l. cum in adoptiuis 10. C. de adopt. ibi in §. ſed ſi quidam §. vlt. hoc tit. §. ſciendum inf. de Senatuſc. Orphic.

Agnatio verò eſt nomen fictum à iure ciuili, & lege 12. tab. vt indicat Iuſtinianus hic, & Iuriſconſultus in l. 5. ff. eod. §. vlt quo ſeparati ſunt maſculi à fęminis, quia inuentę ſunt familiæ imagines, & gentilitates. Maſculi ſunt, qui haſce res inſtituunt, regunt, ornant, & augent. Fœmina familiæ caput, & finis dicitur. Ideò factũ eſt, agnationes eſſe virorũ per virilis ſexus cognationem, & hoſce cognatis pręferri, vt bona ſeruentur in familijs. Meritò in §. vlt. tit. noſtri ſcriptũ eſt Agnationem eſſe iuris nomen, cognationis verò ius non omnibus modis commutari, cum quo conſonat, d. §. ſciẽdum de Senatuſc. orphic. Hinc agnatio capitis diminutione tollitur; quia ciuilis cognatio non tollitur; quia naturæ §. penult. ſup. de iur. nat. l. iura ſanguinis 8. de reg. iur. Agnatio ius familiæ intuetur

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

cognatio ius ſanguinis.

Ob. Obſtat dum dicitur, agnationem eſſe ius reſpiciens familiam, & iuris ciuilis, & ideò tolli, cognationem verò non tolli, quia ſit ius ſanguinis. Obſtat inquam nõne agnatio eſt ex propagatione ſãguinis, & ex commixtione maris, ac fœminæ, vt ſup. in cap. 1. igitur per d. regul. l. iura ſanguinis, nec agnatio auferetur capitis diminutione.

Obſerua. Reſponde, & obſerua. Alia eſt cognatio nuda naturalis, ſine ciuili. Alia nuda ciuilis; Alia demum naturalis, ac ciuilis ſimul, ſeu miſta.

Naturalis nuda per ſe eſt, quæ per fœminas cõtrahitur. Nam in conſideratione naturæ (quod ſpectat ad propagationem) mater ſola eſt, quę peperit; pater non conſideratur, qui eſt iuris ciuilis, quem ius ciuile, ideſt iuſtæ nuptiæ faciunt patrem, vt in princip. ſupra de pat. pot. Ciuilis pura per ſe eſt, quæ legitima appellatur, & quæ per actũ purum ciuilem exiſtit, ideſt per adoptionem, vt princ. tit. ſupra de adopt. Naturalis vero, & ciuilis ſimul eſt, cũ iuſtis nuptijs intercedentib. matrimonium initur, tunc eſt naturalis, quia fœmina parit; eſt ciuilis, quia pater quærit familiam, & habet patriam poteſtatem, &c.

Iura modò, & iuris interpretes partiuntur eam cognationem, quæ naturalis vna, & ciuilis eſt, & ita ex ea geminã ſeriem inſtituũt, eam quæ per mares fit agnationem dictitant; eam verò, quæ in ſuis terminis naturæ delitet cognationem vocant in ſpecie. Igitur, qui agnatus eſt, ideſt per mares coniunctus, cum coniunctio legitima eſt, ideſt ex iuſtis nuptijs, vt vna ſit cognatus neceſſe eſt. Exemplo. Titius eſt iuſtis nuptijs à patre, & matre ſuſceptus; erit quidem agnatus, agnatione miſta, ideſt agnatus reſpectu patris ſui, cuius familiam habet, & in cuius eſt poteſtate, & cognatus reſpectu matris, cuius habet ſanguinem, & coniunctionem naturalem. Sed diuidamus hæc duo, quæ iuncta ſunt, videbimus Titium reſtare agnatum, & agnationem nullum ius ſanguinis retinere, quæ mero iure ciuili nititur. Conuerſa rota apparebit Titius cognatus ex nexu tãtum ſanguinis, & naturæ. Meritò cũ ius ciuile ſecernit hęc duo; in agnatione nexum ſanguinis

nis

nis non intuetur. Eapropter dictum fuit, agnationem tolli capitis diminutione, non autẽ cognationem. Ideſt, etſi Titius capite minuatur, cùm vna agnatus ſit, & cognatus, tunc amiſſo ciuitatis iure ſecernitur agnatio à cognatione, & amittitur, illud quod eſt iuris ciuilis, ideſt ius familiæ, ſeu agnatio, & remanet, quod eſt iuris naturæ, ideſt ius ſanguinis, ſeu cognatio. Concordat Imperator in tit. infra de ſucceſſ. cognat. in princ. in illis verbis *qua parte naturalis cognatio ſpectatur*. Nã quoties capitis diminutio intercedit, ſeu priuatio ciuitatis, vel libertatis, quaſi gladio ſeparatur, ac diuiditur agnatio à cognatione, illa amittitur, hæc ſemper durat.

Quo iure, ratione, ordine tutela deuoluatur. Cap. III.

BReue hoc caput erit. Nã ſi de iure quæritur, diſtinctio fit. Aut iure antiquo, & dic lege duodecim tab. deuolui l. 1. ff. de legit. tut. Si pa-
,, terfamilias inteſtato moritur,
,, agnatorum, gentiliumque in
,, pupillis, eorũque pecunia po-
,, teſtas eſto. Aut iure nouiſſimo, & deuoluitur ex præſcripto conſtit. nouell. 18. §. ex his autem, auth. de hæred. ab inteſt. &c.

De ratione huius muneris nulla dubitatio, nam qui ſucceſſionem ſperant, & tueri bona debent, ne dilapidentur, d. l. 1.

Ordo eſt, vt noſtra memoria proximiores, tam agnati, quam cognati excludant eos, qui longè in gradu diſtant, nã ad hos ſolos ſucceſſio pertinet remotioribus excluſis §. 1. in fin. inf. de ſucceſſ. agnat. verſ. non tamen.

Obſtat etiam, antiquo tempore leg. 12. tab. poſt agnatos locum fuiſſe ſucceſſioni cognatorum, vt infra de ſucceſſ. cog. ſed vbi ſucceſſ. ibi tutela erat d. l. quo tutela 74. de reg. iur. Igitur etiam tempore antiquo ad cognatos onus tutelæ deuoluebatur. *Ob.*

Reſpõde antiquo iurè leg. 12. tab. pænitus fuiſſe ignotũ ordinem cognationis l. 1. ff. vnde cogn. nec obſtat, cognatos ſuccedere eo iure, nã eorum ſucceſſio nõ fuit ex lege, ſed prætoris ęquitate ſpectantis naturalem rationem, vt in princ. inf. de ſucceſſ. cognat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

Tit.16

IN TITVLVM XVI. DE CAPITIS DIMINVTIONE.



N §.vlt.ſup.explicati tituli dixit Imper. tutelam agnatorum capitis diminutione tolli. Modò, vt res perſpicacius appareat, ediſſerit quid ſit capitis diminutio. Videndum.

Cap. 1. Quid ſit in genere, & quotuplex.

Cap. 2. Quid maxima.

Cap. 3. Quid media.

Cap. 4. Quid minima.

Quid in genere, & quotuplex.
Cap. I.

„ EST autem capitis diminu-
„ tio (inquit Imperator)
„ prioris ſtatus cõmutatio. Concord. l. 1. ff. eo. Eaq; tribus modis accidit; nam, aut eſt maxima, aut minor, ſeu media, aut minima, quod Terent. indicat in Eunuc. Principio dico eſſe liberã, ciuem atticam, meã ſororẽ. Vt enim ſunt tres ſtatus libertatis, ciuitatis, & familię, ita tres mutationes. Caput igitur pro ſtatu vſurpatur, vt cõmunis recepta ſchola probat l. vlt. ff. eo. Ita definitur ſtatus permutatio l. 2. ff. de in integ. reſt. Sed obſtant plura.

Obſt. primo ex mente Bar. in l. 1. ff. eod. vitioſam eſſe hãc definitionem, tanquam alteri quàm rei definitæ competentẽ. Nã filius fam. morte patris ſui fit ſui iuris, & ob id ſtatum mutare dicitur, nec tamen capite minuitur l. 4. §. vlt. ff. ad Senatuſc. Maced. Ob. 1.

Reſpondet Accurſ. definitionẽ intelligendã interueniẽte facto hominis, videlicet, vt mutetur ſtatus emãcipatione, arrogatione, damnatione, &c.

Secundo reſpondet Aldobran. capitis diminutio eſt mutatio prioris ſtatus, cũ ademptione, vel libertatis, vel ciuitatis, vel familiæ l. vlt. ff. eod. Sed cum quis ſui iuris fit nil ex ijs amittit. Ideò non obſt. Nã capitis diminutio eſt prioris ſtatus mutatio, libertatem, vel ciuitatem, vel familiam adimens, vt addit prælaudatus Aldobrandinus. Cui ex mea ſententia non fuit opus

aſci-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

ascíscere, & apponere verba illa libertatem, vel ciuitatem, vel familiam, nam si status definitur, vt hęc tria complectatur l. vlt. ff. eod. Merito benè Imperator, dum ait capitis diminutio est prioris status mutatio, idest amissio vnius, vel alterius, vel omnium rerum, quæ per se status complectitur.

Defenditur Imp.

Ob. 2. Obstat secundo. Si capitis diminutio est amissio. Igitur quoties augetur status nõ erit capitis diminutio, sed potius auctio. Attamen cùm quis diuino cultui se mancipat, & in sacrum cætum dat nomen, & si mutet statum in melius dicitur capite minui, Dd. in auth. si qua mulier, C. de sacros. eccl.

Respõde diuino cultui mãcipatum intuitu spiritus statum meliorem cõparasse; non autem respectu status hic definiti. Ius namque testandi amittit, & transit in superioris sui potestatem, Bar. in l. patre 8. ff. de his qui sunt sui, vel &cæt.

Igitur capitis diminutio est amissio, vel in toto, vel in parte status sui.

Ob. 3. Obstat tertio, dum dictum fuit ab Imperatore, triplicem esse hanc capitis diminutionem, obstat inquam l. 1. §. si filius, ff. de suis, & legit. & l. 5. ff. de var. & extraord. cogn. vbi gemina reperitur tantùm capitis diminutio; magna, & minor.

Responde, vt fert communis opinio interpretum, appellatione magnæ maximam, & mediam contineri l. 1. §. capitis ad Senatuscon. Tertyll. l. 1. de vsuf. leg. Ego respondeo in allegatis iuribus, nempè l. 1. §. si filius, & l. 5. non fuisse opus omnem capitis diminutionis speciem explicari; cùm agatur de illis speciebus tantũ quib. vel consumitur existimatio, vt maxima, & media capitis diminutione in d. l. 5. §. consumitur, vel amittitur patria potestas respectu patris, vt in d. l. 1. §. si filius vbi Bart. Minima namque capitis diminutione patris filij nõ liberantur à patria potestate, sed transeunt in potestatem arrogatoris. Ideò iura pręallegata in contrarium non obstant, quando in illis extra propositam materiam de minima capitis diminutione quicquã dictum fuisset.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

Quid sit maxima cap. diminutio. Cap. II.

MAxima capitis diminutio est amissio libertatis, & per consequens ciuitatis, & familiæ, vt in §. maxima hoc tit. l. vlt. ff. eod. §. maxima.

Tria profert Iustinianus exempla huius maximæ capitis diminutionis.

Primum est serui pęnæ, de quo in l. 5. ff. de var. & extraord. cog. Pęnæ serui dicebantur illi, qui aliquo patrato facinore subijciebantur bestijs, vel in metallū perpetuò damnabantur l. qui vlt. 29. ff. de pœn. Ideò serui pœnæ dicti, quod pęna perpetuò sit in caput eorum, tanquam eorum domina. Eapropter si eis aliquid relictum est, vt ignominiosius hoc cedat ipsius, quā alijs seruis, non quærunt Cæsari, quia pœna iure domina eorum censetur, l. 3. ff. de ijs, quæ pro non script. hab. l. in metallum 12. ff. de iure fisci diximus nos sup. in tit. de iur. person. cap. 4. verbis *dominio alieno*.

Secundum exemplum est libertorum ingratitudinis vitio laborantium, qui si postulati sint in iudicio, tanquam ingrati ingenio, & conditione seruili recepta ad pristinū seruitium retrahuntur l. 2. C. de Libert. & eorum lib.

Tertium exemplum est eorum, qui ad pretium participandū turpem sui ipsius venditionem faciūt, de quib. nos satis abundè supra in titul. de iur. person. obstant plura.

Obstat primo, dum dicitur, hac capitis diminutione libertatem amitti. libertas est iuris naturæ, vt supra de iure persona. §. 1. & naturalia iura non amittuntur, §. pen. sup. de iur. natu. gent. &c. Igitur malè, &c. Ob. 1.

Respōde amitti libertatem iuris gentium, & ciuilis, non iuris naturæ, quæ nunquam amittitur, vt sup. nos in tit. de iur. pers. cap. 3.

Obstat secundo, dum dicitur, maximam capitis diminutionem pati libertos ingratos, qui reuocantur in seruitutem. Nam hoc fieri non potest, cū libertas semel data reuocari non possit, §. eadem lege in fine, sup. de quib. ex caus. man, non licèt, & hoc siue iustè, siue iniustè data sit, vt ibi, quod validius stringit. Ob. 2.

Obstat, & tertio cōtra hoc, ip- Ob. 3.

ipsum tex. in l. 2. C. de operis Libert. vbi, qui manumisit ob ingratitudinis vitium non reuocat in seruitutem manumissum, ergo contra, &c.

Cæterũ hæc, & similia non obstant, quominus exploratũ sit, libertos ingratitudinis nota inustos iugum seruitutis recipere; nam libertas data seruis habet obsequium in patronos, vt in tit. C. de obseq. patro. præst. At qui tanti muneris gratiam detrectant veluti ad seruitium instituti à natura ipsa, vt inquit Arist. Polit. primo ingenium seruile recipiunt, vt in l. 3. C. de Liber. & eorũ lib. & à statu libero detruduntur, quo stante contraria tolluntur.

Ad primum responde, libertatem semel datam respectu dationis, quæ siue vitiosa sit, siue non, fauore tantum libertatis non reuocari. Sed non respectu ingratitudinis, de qua tot iura apertè loquũtur.

Ad secundum, responde in d. l. 2. eum, qui manumisit non fuisse vsum liberalitate; nam necessitate adactus, quia sub conditione datus erat seruus, vt manumitteretur dedit ei libertatem, ideò ingratitudine nõ reuocatur. Nam ingratitudo est contraria liberalitati; ideò vbi non est liberalitas, ibi nec ingratitudo verè dici potest l. si quis hac 13. ff. de oper. libert.

Quid sit media capitis diminutio. Cap. III.

MEdia, seu minor capitis diminutio est cùm ciuitas amittitur, libertas verò retinetur, quod accidit ei cui aqua, & igni interdictum est, vel ei', qui in insulam deportatus est. Ita Imperator in §. minor hoc tit. concordat. l. vlt. ff. eod. *§. minor.*

Aperiẽdum, quid sit aqua, & igni intercedere, & quid deportare. interdic

Sciant tyrones, prisca Romanorum memoria alicui crimini atroci obnoxios, veluti indignos humano cętu, vt cogerentur abire è ciuitate, ne alios criminis cõtagione corrumperent, solitos fuisse omnibus vitæ commodis destitui. Commoda autem humanæ vitæ; assertore Tullio lib. 2. offic. sunt non prohibere aquam profluentem, & pati ab igne, ignem capere. Quã rem non obscure Aegyptij sub *Quid sit aqua, & igni interdicere.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

aquæ,& ignis hyerogl.prodidere. Nam (vt Pier.Valer.eſt auctor)in nuptijs duo vaſa aquę,& ignis pro forib. vtriuſque ſponſi poſuit antiquitas, concord.l. penult. ff.de don. inter vir.& vxor.vt ex aquæ, & ignis ſymbolo humanæ vitæ commoda inter ſponſos communia innueret.

Quod ex ſententia Plutarchi futuræ generationis fuit, omen,alterum agens, patiens alterũ. Meritò interdicebantur aqua, & igni nocentes, vt nil emolumenti ſentirent ex humana ſocietate, nil ipſis daretur, nil iniungeretur. Firmianus quoque libro 2.diuin. inſt.cap.10.ait Exules aqua, & igni interdictione multatos fuiſſe, quia videbatur nefas homines, quamquam malos interfici: Interdicto igitur eis vſu earum rerum,quibus vita conſtat humana, perinde habebantur hi,qui eam ſententiam exceperant, ac ſi morte multati eſſent. Vita namque ex aquę, & ignis elemẽto conſtat, Ouid. libro primo, Metamorph.

Quippe vbi temperiem ſumpſere, humorque, calorque concipiunt et ab his oriuntur cuncta duobus.

Quod Alex. ab Alex. li.2. cap.5.confirmat.

Hæc de aquæ, & ignis interdictione.

Deportatio autem eſt pœna,non diſſimilis ab aquæ, & ignis interdictione; Illaq; antiquata,hæc in vſu eſſe cępit. Deportare ex mente Aſconij Pediani eſt portare, vt locus mutetur l.2.ff.de pęnis.Amãdabãtur enim nocentes in loca deſerta in perpetuũ. Hinc liquet diſſidium relegationis, & deportationis; hæc in perpetuum,illa ad tempus.

Deportatus compedibus iunctus, & nauigio impoſitus à ſeruis publicis conſtitutam in ſolitudinem auehitur. Relegatus intra præſcriptũ diem excedere iubetur. Ille inter viuos non recenſetur. hic ciuitatem, bonaque ſua retinet.

Igitur capitis diminutio minor,ſeu media ciuitatem,& familiam aufert, non etiam libertatem.

Obſtat l.cognitionum 5. §. consumitur, ff. de var. & extraord. cog. vbi Calliſtratus ait, conſumi exiſtimationem quoties magna capitis diminutio interuenit,ideſt cum libertas adimitur, veluti cum abua,& igni interdicitur,quę *Ob.* *Antymonia.*

in

in personâ deportatorum euenit.

Siue igitur Callistrati oratio coniunctim, siue disiũctim legatur, pugnat cum Imperatore in §. minor. Nam si coniunctim, vt sit exemplum superioris dicti, malè quia aquę & ignis interdictio nõ est maxima, sed media capitis diminutio, si autem legitur disiunctim, vt respõdeat tantùm illi orationi, quę ait cum libertas adimitur, veluti, &c. malè, quia ex aquę, & ignis interdictione libertas non amittitur.

Pluribus respondet glos. & interpretes hic, omitto vniuersa, quæ pœnes alios leguntur, & meum profero iudicium. Eius enim sum mentis, vt si cum suis interpunctionib. legatur oratio Callistrati tãtum absit, vt pugnet cum Imperatore, vt confirmet. Callistrato mens fuit nudandi casus, quibus consumitur, quibus ve læditur existimatio. Minuitur (inquit) cùm circa statum dignitatis plectimur, & exemplum affert relegatorum. Ex quo liquet minui existimationem, & si capitis diminutio non intercedat, concordat §. seruus autem in fine hoc titulo. Rursus ait cõsumitur quoties capitis diminutio interuenit, quod notissimi iuris est. Deinde, vt augeat orationem suam, non solum consumi asseuerat per maximam capitis diminutionem, sed etiam per minorem, seu mediam, quod maius est, & huius minoris capitis diminutionis exemplum subiungit vnicum. Igitur, ita legendus est Iur. Cons. Cõsumitur verò, quoties magna capitis diminutio interuenit, idest, cùm libertas adimitur; veluti cùm aqua, & igni interdicitur, quæ in persona deportatorũ euenit. Considera verbum, veluti, post duas interpunctiones, aliud exemplum constituere diuersum consumationis existimationis, & significat idẽ, quod *sicuti etiam, sicuti quoque*. Vt sensus sit Iur. Cons. consumi non solum per magnam, quod notissimi iuris est, sed etiam, vel *veluti*, aut *sicuti* per aquæ, & ignis interdictionẽ, vel deportationem, idest mediam capitis diminutionem.

Conciliatio.

Quid sit minima capitis diminutio. Cap. IV.

Minima capitis diminutio est cùm ciuitas retinetur,

tinetur, & libertas, sed status hominis mutatur.

Quod accidit his, qui cùm sui iuris fuerint, cæperunt alie no iuri subiecti esse, vel econtra si filius familias emancipatus fuerit est capite minutus Ita Imperat. in §. minima hoc tit. Iur. Cons. in l. vlt. ff. eo. Status igitur, seu familia, seu agnatio per hanc minimam capitis diminutionem minuitur. Idest arrogatione, vel emancipatione. Hac autem capitis diminutione cognatio nõ tollitur. Maxima vero ius quoque cognationis perit §. quod autem hoc titulo, sed obstant plura. §. quod autem.

Ob. 1. Obstat primo l. 1. §. capitis diminutio, ff. de Senatuscons. Tertyll. vbi Vlpianus ait, Capitis hanc minutionem, saluo statu contingere, ideò non auferre legitimam hæreditatẽ. Si ergo saluo statu contingit. Definitio capitis diminutionis, quæ est mutatio, seu amissio prioris status, non competet huic minimæ. Ideò minima propriè non erit capitis diminutio.

Responde, minimam capitis diminutionem, saluo statu contingere, non quia prior status non mutetur, verùm, quia si amittitur status, seu agnatio, seu familia prior, posterior acquiritur, vti arrogatione, qua acquiritur agnatio arrogatoris, & emãcipatione perditur status familiæ, & fit sui iuris.

Vel responde, saluo statu contingere, idest saluo statu publico ciuitatis, & libertatis, non familiæ.

Obstat secundo, dum dicitur, emãcipatione mutari statum, seu familiam: nam filius familias cum emancipatur sui iuris fit, & retinet, idem gentilitium, easdem imagines, & agnationes §. præterea supra quib. mod. ius pat. pot. sol. Ob. 2.

Respõde, antiquitus emancipationem per imaginarias venditiones celebrari; ideò in statum seruilem coniectus filius familiam amittebat d. §. præterea.

Vel responde Agnationis triplex ius esse, nominis, pecuniæ, & sacrorum, quæ omnia adoptione ex præscripto, §. sed hodie sup. de adopt. amittuntur. Ideò filius familias sui iuris factus, nõ dicitur amplius in sacris paternis l. vlt. C. de inoff. testam. l. vlt. §. vlt. C. de bon. quę lib. Nota: Agnationis ius triplex.

Nam lege 12. tabul. hæres

filius

filius familias eadem domi sacra colebat, quæ pater. Emancipatione autem, cum cætera perdantur, solius nominis ius retinetur. Igitur emancipatus omnia perdit, puta sacra, & pecunias, præter nomen, seu familiam. Eapropter cum de familia agitur ius habet l. peto 69. in fin. de legat. 2.

Ob. 3. Obstat tertio, dum dicitur per minimam capitis diminutionem non tolli cognationẽ, sed benè per maximã §. quod autem hoc tit. l. 7. ff. vnde cognat. Obstat inquam, quia cognatio est naturalis, & propterea nulla capitis diminutione tolli potest, ideò in nuptijs etiam seruilis cognatio spectatur l. adoptiuus 14. §. idem tamen, ff. de rit. nuptiarum, concordant ea, quæ dicta sunt sup. in titulo de legit. agnat. tutela cap. 2.

Responde, & obserua, aut *Obserua. §. quod autem.* cognatio accipitur, prout hic materia subiecta suadet, quo ad successiones, & tutelas, & reliqua iura ciuilia l. 1. C. de hæred. inst. l. 1. in fin. ad Tertyll. & tunc cum ciuilis sit, maxima capitis diminutione tollitur, necnon media, nam maxima tollitur etiam ius gentiũ l. quidam sunt serui 17. de pęnis. Si verò consideretur cognatio per se nuda naturalis nullo iure inspecto, prout est ius sanguinis, & tunc cognatio non tollitur, sicuti nec libertas pura naturalis, vt docui supra in titulo de iur. personar.



IN

Tit.17

IN TITVLVM XVII. DE LEGITIMA PATRON. TVTELLA.



Rima tutelæ legitimæ specie explicata, id est tutela Agnatorũ: reliquis operatur Iustinianus, & tutelam patronorum aggreditur, vnicaque periodo (vt sic dixerim) absoluit'. Nos quoque vnico capite contenti erimus dispicientes.

Cap. I. Quid sit Tutela legitima patronorum.

Describo in hũc modum, vt ea sit, quæ legis interpretatione per consequentias hæreditatum defertur patronis. Elicio ex l. 3. de legit. tut. & ex medullis tituli nostri.

Diximus *legis interpretatione*, quia antiquo iure legis 12. tabul. nil fuit de hac tutela expressum, sed quorundam prudentum interpretatione, quorum scita pro lege custodiri cæperunt l. 2. §. his legibus latis, ff. de iur. iur. inoleuit ex mẽte, l. scire leges 17. ff. de legibus.

Diximus, *per consequentias hæreditatum*, mutuati hoc à l. 3. ff. eodem, vbi hæc eadem verba leguntur, & innuũt argumentum, quo ducti fuerint veteres Iurisconsulti interpretantes legem 12. tabul. argu. nempè è consequenti per lege quo tutela 74. de regul. iu. Nam si quò tutela ibi hæreditas, vel vbi hęreditas, ibi tutela, libet ita argumentari. l. 3. ff. de legi. tut.

Patronis datur consequẽs, id est hæreditas libertorum, ergo, & antecedens tutela. Ideò in d. l. 3. & in descriptione nostra dictum est per consequentias hæreditatum. Habet autem hæc regula suam ęquitatem per regulam l. 6. secundũ naturam, de reg. iu. quam innuit tex. noster, dum ait. Eo enim ipso, quod hæreditates libertorum, libertarumque, si intestati decessissent iusserat lex ad patronos, liberosve eorum pertinere, crediderunt veteres, voluisse legem, etiam tutelas ad eos pertinere, & rationem addit: quia plerumque, vbi succęssionis emolu-

mentum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

mentum est, ibi tutelæ onus esse debet, aduerbium plerũque stat propter fęminas, quę licèt libertorum hæreditates habeant, tamen eorum tutelam non suscipiunt.

Ob. Obstat, dum dicitur patronis deuolui libertorum successionem; nam si ciuitate donati sint, ex quo manumissi, habent agnatos, cognatos, & familiam. Ideò æquius videbatur, libertis suos agnatos succedere, vel proximiores affines, & etiam hos ad tutelæ onus vocari.

Responde ad hęreditatem intestati liberti vocari patronum, cùm libertus hærede nullo suo relicto decedit non condito testamento; ideò æquum est, patronum succedere, & onus subire. Sed de hac re pluribus in tit. infra de success. libertorum libro 3. titulo 7.



Tit. 18 IN TITVLVM XVIII. DE LEGITIMA PARENTVM TVTELLA.


Egitimã agnatorũ tutelam verbo legis, 12.tabul. expressam, patronorũ mente comprehensam fuisse diximus: sequitur modò legitima parentum, neque verbis, neque mente prodita, sed ad exemplum instituta, quemadmodum breuissimus, §. enarrat; pro cuius dilucidatione videndum.

Cap. 1. Quid sit hæc parentum Tutela.

Tutela parentum legitima est, quæ patronorũ imitatione, quasi à lege deuoluitur parentibus in filios solenniter emancipatos. Elicitur ex tit. nostro, & ex l. 3. §. 1. de legit. tut.

Diximus *patronorum imitatione*; nam si pater filium emancipauit impuberẽ, si tertium manumisisset eius hæres erat, eo modo quo patronus serui manumissi; nã in statum seruilem videbatur coniectus filius, ideò imitatione nititur, hæc tutela.

Diximus *quasi à lege* per l. 3. §. vlt. C. eod. & l. 3. §. vlt. ff. de legit. tut. Nam cum ex edicto prætoris eadem iura tribuantur parenti, qui emancipauit, quæ tribuuntur patrono in bonis liberti, fuit consequens, vt etiam tutela tribueretur, quæ cum descenderet magis ex prætorio iure, quam lege 12. tabularum, primum dicta est quasi à lege, idest sustinere vicem legitimæ.

Ob. Obstat huic rei debere potius dici fiduciariam, cum ex fiducia emancipationis oriatur, vt iam dictum est.

Respõde interpretationes veterum iurisconsultorũ pro iure ciuili esse retentas, §. responsa supra de iur. nat. gent. &cæt.

Meritò huius rei respectu legitima nuncupatur, non quod ex lege sit, sed ex veteri illo iure lege secunda, C. ad Tertyll. ad exemplum legitimę instituta.

Di-

Diximus *in filios solenniter emancipatos* per l. 1. & tit. tot. ff. si quis à parent. fuer. man. Nam formula emãcipationis hæc fuit; Vt pater filiũ suum alicui dicis causa venderetur, idest, vt diceretur; ab eoque aliquot nummos acciperet, ac tum emptor hominem illum sibi venditum manumitteret, quod cum iterum, ac tertio factum esset, eueniebat, vt ex lege Romuli filius è potestate paterna exiret, is autem, qui eum manumiserat patronus eius efficeretur, ac proinde patronatus iure ipsius intestato mortui, quasi liberti hæres esset. Cautio autem à Iurisconsultis de fiducia prodita est, vt scilicet post duas venditiones totidemque manumissiones pater iam, ita filium venderet, vt sibi vicissim ab emptore reuẽderetur, at tum ipse manumitteret, vt eius intestato morientis hęres fieret, quo casu contracta fiducia dicebatur filius manumissus, &cæt.

Solẽnia emancipationis.



Tit. 19

IN TITVLVM XIX. DE FIDVCIARIA TVTELLA.



AEc tutela non verbis, nō men te, neque exem plis nititur alio rū, sed fide dun taxat; ideò fiduciaria appellatur. Videndum.

Cap. 1. Quid sit fiduciaria tutela.

Cap. 2. Quæ sit differentia inter liberos patroni, & paren tis manumissoris.

Quid sit fiduciaria Tutela.
Cap. I.

EST potestas à fide nata, legis auctoritate delata fratri perfectæ ætatis, ad tuen dum fratrem impuberē eman cipatum.

Princ. it. Diximus à *fide nata*, non enim est, vt legitima agnatorum, neque ex verbis, aut mente, aut ad exemplum, sed in fide fratris reponitur, nam neq; successionis emolumentum, neque familiæ ius est cō mune cum fratribus altero emancipato, altero in familia manente l. si quis 11. de testa. tut. Nec in obligationē emancipationis hoc fit l. 1. de testa. tut. quando gratitudo emancipationis à patre acceptę nul la fratrib. debeatur. Aequum ergo fuit hanc tutelam fiduciariā appellare; quia si mors vitæ finem faciat patri duob. filijs relictis maiore 25. annis in potestate, minore 14. eman cipato, tunc lex fidit fratri maiori, vt scilicet nemo eo fidelius, nemo accuratius tutelam fratris sui impuberis sit administraturus. Quæ quidē spes non ob successionis com modum extinctum manumissione, sed ob nexum sanguinis in lege viget. Cæterùm hodie sublato emancipationis, & patriæ potestatis discrimine, cùm fratrer fratri etiam emancipato præ agnatis familiæ remotiorib. ex lege succedat, cōsentaneum est, hanc tutelam legitimæ nomen sortiri posse. l. fratrum 4. C. de legit. tutor.

Diximus, *perfectæ ætatis*, per

per l.4.ff.de legit.tut. nam frater solidum viginti quinque annorum debuit obtinere, vt tutor sit §.vlt.hoc tit.

§.vlt. Ob. Obstat tutores legitimos posse esse minores 25. annis, vt obseruat Cuiac. ex veteri Cod.lib.17.obseruat,cap.28. & §.item ex Senatusconsulto vers. idemque permisit tit. 11. Obseruat etiam Giphan. hic.

Responde, nouo iure omnes debere esse vigintiquinque annorum ex const. Iustiniani l.vlt.C.de legit. tuto.& hoc est, quod ait, nostra constitutio, & infra §.item maior de excusat.tut. quare in l.4.& l.si reliquero 8.ff.de legit. tut. Tribonianus hæc verba constitutionis *si perfectæ sint ætatis* interposuit, quod ab alijs est obseruatum.

Quæ sit differentia inter liberos patroni, & parentis manumißoris.
Cap. II.

IVstinianus hic subobscurè discrimina hæc significat cur, scilicet liberi patroni libertorum sint tutores legitimi, liberi verò parentis manumissoris non legitimi, sed fiduciarij.

Discrimina autē reperiuntur, & iure, & ratione diuersa.

Ius diuersum, quia de patroni liberis lex est expresse vocans ad tutelam, vt sup. innotuit.

Nulla autem lex vocat filios manumissoris, tum quia legitima tutela, vltrò citroque eorum est, qui capite diminuti non sint l.1.ff. vnde leg.l.5. ff.vnde cogn. vbi emancipati fratres ad fratrum non emancipatorum hæreditatem, vt legitimi non vocantur, sed vt cognati. Quare illi legitimi, hi non.

Dissimilis ratio est. Nam libertus, si à domino mancipatus non esset in manum liberorum domini peruenisset, & his, vt seruus omnia quęreret vt inf.per quas pers.nob.acq. Nil mirum igitur. Si hos tanquam patronos agnoscere teneatur, quos dominus habiturus esset si pater non manumisisset. Filij autem, neq; ante emancipationem sunt in bonis patris, vt serui ante manumissionem, nec filius patris mortuo patre recasurus est in potestatem fratrum etiam si à patre non manumittatur. Sed sui iuris efficeretur. Nil itaq;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

fratribus debet, ex quo emancipatus est, nam post fata parentis, emancipatio nihil confert huic filio, qui sui iuris fuisset, & si emancipatus non esset. Prætereà multa reperiũtur discrimina inter filios patris manumissoris, & patroni: quia patria potestas, vtpotè personalis non transfertur ad hæredes, sicuti ius patronatus: meritò plus iuris est in filijs patroni, quàm parentis. De qua re satis prolixè disputant Doctores.

Ob. Obstat, dum dicitur tutelam hanc fiduciariam appellari, non legitimam, quia nisi frater emãcipatus esset in potestatem alterius fratris recasurus nõ esset. Obstat inquam nam si nepos ab auo manumittatur, is nisi emancipatus esset post mortem aui recideret in potestatem patris. Igitur legitimus tutor appellandus pater, nõ fiduciarius. Hic enim non tantum de fratrib. sed de patre sermo est, vt in princ. tit. huius ibi, nam si parens, &c.

Responde, regulam limitari hoc casu, nam verum est intuitu aui manumittẽtis nepotem, cum pater postea filij emancipati tutor existat, legitimus poterit appellari, nam ad eum spectat successio, cum contracta fiducia auus emancipationem celebrauerit. Sed ob vnicum dissimile exẽplum regula non fuit subuertenda, vt notant passim interpretes.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

Tit.20 # IN TITVLVM XX. DE ATTILIANO TVTORE.



Ertia tutelę species sequitur, cui datiuę, seu Attilianæ, seu honorarię nomen cuius aperietur natura, si ex solemni nostro in vestigabimus.

Cap. 1. Quid sit.
Cap. 2. A quibus detur.
Cap. 3. Quibus casibus.

Quid sit Tutela Attiliana. Cap. I.

ATtiliana tutela ea est, quæ magistratu constituitur ob destitutũ tutore pupillum, vel pẽdente conditione, aut statu tutoris. Elicitur ex §. ex hoc iure hoc tit. nostro, & l. si quis sub conditione 11. ff. de test. tut. cui nomen Attiliana ab Attilio Calatrio Consule, quo interrogante lex facta est de tutoribus dandis, vbi nullus alius existat, idest nullus sit datus testamento, aut lege, vel si datus sit testamento, aut lege, & impediatur. Ideò diximus in descriptione ob destitutũ tutore pupillũ, nam Attiliano tutori fit locus in subsidium, seu defectum aliorum. Princ. tit.

Obst. dum dicitur à magistratibus dari; nam ius dandi tutores non competit magistratibus l. muto 6. §. tutoris, ff. de tutelis est enim meri, & misti Imperij, vt Bar. not. ideò non cõpetit nisi legi, vel Principi, vel his, quibus specialiter est à lege permissum, l. nec mandante octaua, vbi glo. ff. de tutor. & curator. dat. ab his. Ob.

Respondet Baldui. tutoris dationẽ, neque Imperij esse, neq; iurisdictionis, sed ei soli cõpetere, cui nominatim hoc dedit, vel lex, vel Senatusscultum, vel Princeps, vt intelligamus, dationẽ tutelæ esse merę nudæq; potestatis, quæ à lege datur, vt si lex patiatur etiam priuato competat, veluti parenti, nec cuiquam aliter competat, quàm si lex permittat. Imperium, & iurisdictio ad magistratum pertinet, at magistratus, cum dat tutorẽ non id agit tanquã iudex, sed tan-

quam is cui nominatim id à lege conceſſum eſt, vt etiam ſi nihil haberet imperij, aut iuriſdictionis æquè poſſet tutorem dare. Huius rei exẽplũ eſt in Tribunis, pęnes quos nulla erat iuriſdictio, & tamen tutoris dandi poteſtas. Contra Præſes Prouinciæ, licèt omni iuriſdictione, merique imperij iure munitus, tamen tutoris dãdi poteſtate deſtituebatur, niſi certa lege indultũ fuiſſet. Reliqua verba deſcriptionis noſtræ nudãtur in ſeqq. capp.

A quibus detur. Cap. II.

DIſtinguendũ ex præſcripto dogmatis Iuſtiniani, aut iure antiquiſſimo, aut iure nouo, aut nouiſſimo, iure vetuſtiſſimo dabatur Romæ à Prętore Vrbano, & maiore parte tribunorũ plebis ex lege Attilia, in Prouincijs verò à Pręſidib. ex lege Iulia, & Titia.

Iure nouo (aſſertione Trãquilli) Cl. Cæſar primũ conſtituit, vt pupillis extra ordinem tutores à conſulibus ex inquiſitione darentur l. 1. ff. de confirmat. tut. Deinde Antoninus Philoſophus (vt Capitolinus teſtatur) tutelarem Prætorem inſtituit, vt diligentius de tu- *§. sed ex his legib.*

toribus inquireret, nam ſuperiores leges de cautionibus, ac de compellendis tutorib. nihil expreſſerant, ideò commodior viſa eſt hæc tutoris dandi poteſtas. Quo iure variatum eſt: nam moribus, & conſuetudine receptum fuit (hunc ſenſum habent verba Imperat. *hoc iure vtimur*) vt Romæ Præfectus Vrbi, vel Prætor ſecundum ſuam iuriſdictionem, in Prouincijs autem Præſides, vel magiſtratus iuſſu præſidum ex inquiſitione tutores creent. Inquiſitio autem trium rerum erat. *§. sed hoc iure.*

Primò, an tutor morib. eſſet honeſtis, & integris.

Secundò an locuples.

Tertiò an ſe ingeſſiſſet, nã qui vltrò alienæ rei ſe ingerit ſuſpecti notam incurrit l. ſcire oportet 21. ff. de tutor. dat. ab his.

Quartò, an pecunia tutelã ambijſſet; hinc longè magis ſuſpectus d. l. ſcire oportet. De inquiſitione in l. 2. & 7. de confir. tut.

Iure autem nouiſſimo ex Iuſtiniani cõſtitutione, quæ nuſquam reperitur, conſtitutũ eſt vt nõ expectata iuſſione præſidum, ſi facultates pupilli, vel adulti, vſq; ad 500. ſolidos *§. nos autem.*

va-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

valeant, defensores ciuitatū, vna cum Episcopo vocatis alijs magistratib. legitima cautione præstita periculo eorū, qui eam accipiunt tutores, & curatores creent. Ita demum, vt finita tutela, idest cum puberes esse cæperint filij, qui sub tutela erant, ratio administrationis à tutoribus reddatur.

Ob. 1. Obst. primo, contra illud, quod dictum est, iure vetustissimo dari tutorem à Prætore Vrbano; nam. Prętor tutorem facere non potest, cùm non possit ea, quæ sunt iuris ciuilis §. quos autem, inf. de bonor. poss. & tutela, sicuti hęreditas est iuris ciuilis, vt sup. in definitione tutelæ.

Responsio est facilis Prætor non sua vi, sed ex lege tutores dabat. Ideò subiungit tex. in princ. tit. nostri ex l. Attilia, &c.

Ob. 2. Obstat secundo, quod spectat ad caput de nouo iure, vbi dictum est, prætorem dare ex sua iurisdictione; obstat quia tutelæ datio non est iurisdictionis, sed competit ex lege, vel Principe, vt iā dictum est.

Intellectus §. sed hoc iure. Respōde verba intelligenda nō quasi Prętor det vi suæ iurisdictionis, sed de iurisdictione sua, hoc est de iurisdictionis suæ territorio, quasi dicat Imperator Prętoris potestatem in tutore dando vltra limites iurisdictionis suæ non se extendisse argumento l. ius dandi 3. ff. de tut. & curat. dat. &c.

Obstat tertio, dum dictum est, magistratus iussu præsidū tutores dare. Nam si iussu, igitur tutoris datio mandatur. Si mandatur, non est legis, sed eius, qui mandat l. 1. ff. de off. eius cui mand. est iurisdictio, not. etiam gl. in d. §. sed hoc iure. Ob. 3.

Responde, iussum non accipi pro mandato, sed pro admonitione, nam magistratib. municipalibus cōcessa est admonitio, ergo admoniti hanc potestatem expediebant l. 1. §. magistratus, ff. de magist. conuen. l. Lucius 46. §. testamēto, ff. de admi. tut. Deinde, quod dicitur, quod legis est mandari non potest, cum hoc temperamento accipitur, nisi lex ipsa mandandi potestatē concessit. At tutelę datio est legis non igitur potest mādari, absque legis cōsensu, vnde à contrario si lex consentiat, vt mandetur, poterit mandari.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

Quibus casibus tutor detur.
Cap. III.

§. sed, etsi testamento. QVatuor exponuntur casus ab Imperatore in §. sed etsi testamento hoc tit. quibus tutor datur à magistratu Principis, vel legis auctoritate.

Primus est si pupillus òmni alio tutore sit destitutus, quod in descriptione significauimus.

Secundus casus si testamentarius sub conditione, vel ex die datus sit; pendente conditione, vel adueniente tempore suppletur à lege.

Tertius si hæreditas nondũ adita sit. Absque aditione, vt legata non subsistunt, ita nec tutelæ l. nemo. 9. §. vlt. ff. de testam. tut. l. Papinianus 5. §. vlt. ff. de inoff. testa. vnum tamen adire sufficit, nec expectanda omnium aditio.

Quartus si tutor hostili manu detineatur. Vt iura postliminij tutori intacta maneant, & interim pupillus tutelę beneficio non fraudetur. Legis auxilio datur interim tutor, qui datiuus nuncupatur.



IN

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

Tit. 21 IN TITVLVM XXI. DE AVCTORITATE TVTORVM.



Ssentia, diuersitas, cum qualitate tutelæ discussa est, sequitur effectus, qui potissimum in auctoritate præstanda versatur. Ideò inscribitur titulus de auctoritate tut. Videndum.

Cap. 1. Quid sit auctoritas tut.

Cap. 2. Quibus in negotijs sit necessaria.

Cap. 3. Quomodo sit interponenda, & à quibus.

Quid sit auctoritas tutorum.
Cap. I.

TVtorum auctoritas est legitimatio personæ inhabilis pupilli in negotijs, in quibus vertitur iudicium, & obligatio ipsius. Petita est huiusmodi descriptio ex substãtia tituli nostri, ex l. 1. & seqq. ff. de auct. & cõs. tut. & tit. C. de auctor. præst.

Diximus est *legitimatio personæ*, nam auctorari est legitimare quodammodo personam ad actum aliquem integrè perficiendum l. 4. ff. eo. l. 9. ff. quod fals. tut. Ob lubricam ætatis incapax est pupillus rerum, & negociorũ, ideò perficiantur opus est à maiori tutoris iudicio, quo veluti lacunæ defectus pupilli sarciuntur. Hinc disce tyro, distare hæc duo negocium gerere, & auctoritatem interponere, vt indicant discreti tituli de administ. & peric. tut. & de auctorit. tut. vel curat. Dum negocium gerit tutor per se nulla est opus auctoritate, cùm pupillus negocium gerit est opus auctoritate, idest cum contrahit, cum adit hæreditatem &c.

Obstat primo, curatores etiam consensum præstantes legitimare personam, ideò in Pandect. inscribitur titulus de auctorit. & cons. tut. vel curat. Igitur malè hic dum inscribitur tit. de auct. tutorum duntaxat. Ob. 1.

Responde dictum fuisse de

auctoritate tut. tantum, quia curatores conſenſum, non auctoritatem interponant l. cum in vna 12. §. 1. ff. de appellat. ideo in rub. tit. ff. eo. ſcribitur de auctor. & conſenſu tut. vel cura. conſenſus reſpicit curatores, auctoritas tutores. Curator bonis datur, eoque bona, quæ illius ſunt commiſſa officio, minor, ſine illius conſenſu alienare non poteſt perſonæ verò, quia curator non datur l. in copulandis, C. de nupt. meritò reſpectu perſonę contrahere, & ſe obligare, & vxorem ducere, ſine eius auctoritate minor poteſt l. ſciendum 20. de rit. nupt. Ideo Bal. in d. l. in copulandis ait, ſtatuta prohibentia minores contrahere citra propinquorum conſenſum, circa bona, non perſonam intelligenda.

Diximus *in negotijs, in quibus vertitur, &c.* per l. curatorem 19. ff. eod. nam ea, quæ ſolennitatem iuris deſiderãt, per tutores ſunt explicanda.

Ob. 2. Obſtat ſecundo, ſi iam dictum eſt, tutorem dari perſonæ l. quia 14 ff. de teſtam. tut. ad vitam pupilli tuendam, regendoſque mores l. cum plures 12. §. 3. ff. de adminiſtra. tutor. cur dicitur in deſcriptione in negotijs, &c.

Reſponde, & ſi verum ſit, dari principaliter perſonę; tamen, quia facultates perſonæ vſibus deſeruiunt, victumque ſuppeditant, ideò ad vniuerſum quoq; patrimonium adminiſtrandum datus eſſe intelligitur, l. propter 21. de excuſ. tut. Nam ſicut tutela perſonæ non recipit diuiſionem in principali; ita nec in acceſſoria bonorum procuratione. Ex quo ſequitur, tutoris auctoritatem verti ad legitimandam perſonam, vbi obligatio eſt, vt in ſeqq. capite.

Quibus in negotijs ſit neceſſaria. Cap. II.

NEceſſaria eſt tutoris auctoritas vbi obligatio pupilli eſt. Quare cum ſtipulatur ſibi dari, quia aliũ ſibi obſtringit, agit ſuo marte pupillus l. obligari 9. ff. eod. Cæterùm ſynallagma, ſeu contractus hinc inde obligatorios inire prohibetur, citrà tutoris aſſenſum, vt emptiones, & vẽditiones, locationes, &c. Imò in odium eorum, qui legum præceptis aduerſantur, ſancitum eſt contrahentes cum pupillis, non expectata iuſſione §. 1.

tu-

tutorum obligari,& non obligare,ita vt claudicent contractus; pupillo ab omni obligatione soluto,& alio obnoxio.

§.2. Ampliatur hoc dictum in hæreditate, & bonorum possessione, ex hisce causis oritur obligatio ex quasi contractu l.4.§.hæres,ff.de act.& oblig. quæ ex quas.cont.& pupillus sine tutore obligari nequit;sequitur ergo,hęreditatem adire per se non posse. Excipe,vt in gl.verbo *bonorum*. Cui rationi additur,hæreditates plerumque specie commodi iacturam ferre, §. in extraneis inf.de hæred.qual.& diff.

Demum ea quoque ratio cōducit,qua dicitur, eum, qui adit causam suę aditionis debere cognoscere l.is potest de acq.hęred.siue autem sit opulenta,siue damnosa hæreditas pupillus suæ aditionis causam non intelligit. Obstant plura.

Ob. 1. Obst. primo, dum dictum est, pupillum sine tutoris auctoritate obligari non posse; tutore auctore obligari posse; obst. inquam, quia maior erit tutoris auctoritas illa patris. Filius enim etiam patre aucto re obligari non potest l. vlt.§. 1. de act. & obl. quod est absurdum plus iuris esse in tutore, quam in patre.

Responde obligationē pupilli tutore auctore, nō autem patre non respicere potestatem, vel patris, vel tutoris, sed naturā obligationis, quæ non cadit in personas alieno iuri subiectas. Igitur filiusfam.nec patre auctore obstringitur, quia omne ius est pœnes patrem, quicquid acquirit est patris, meritò cessat ratio cur se possit obstringere. Rursus alia ratio redditur. Tutela finita tutores rationem administrationis reddere lege coguntur præstantes dolum, & culpam l.1.ff.de tutel. & ration. distr. Patris autem administratio in bonis filij familias nullis rationibus, redditionibusque obstricta impunis est, l.cum oportet pen.C. de bon. quæ lib.&c. Nota.

Ob. 2. Obst.secūdo, dum dicitur, pupillum, etiam si sibi vtile, sit non posse per se obligari l.1. in fin.vbi gl. & Dd. ff. de nouat.§.pręterea inf.quib.mod. toll.obligat.l.cum illud 25.§. hęres meus,ff.quādo diesleg. ced.in quib. & alijs iurib.potest pupill. semet alijs obstringere, etiā si sibi non expediat.

Respōde sub distinctione. Aut loquimur de pupillo infante,

fante, qui dicitur, dum lactat; Aut de proximo infantiæ, id-est si masculus sit à secundo ætatis anno ad octauū inclusiue, si fœmina ad septimum absolutum. Aut de proximo pubertati, quem dicunt illum, qui septimum annum absoluerit, tunc enim eius aliqua mens est l. in sponsalibus 14. ff. de spons. Quando igitur dictum est, pupillum citrà tutoris assensum se obligare, accipe pupillum proximum pubertati, & obligationē intellige naturalem, non etiam ciuilem; Ita loquuntur iura contraria.

Ob. 3. Obst. tertio, pupillus spreta tutoris auctoritate amittit possessionē l. 29. de acq. poss. l. pro emptore 2. §. si à pupillo ff. pro empt. & præstat rē vsucapibilē dictis iuribus. Igitur poterit alienare l. traditionib. 10. C. de pact.

Nota. Responde, in omnibus, qui sub aliena degunt potestate, seu sit filius, seu seruus, seu pupillus, aut factum, aut ius perpenditur; Si factum, cum sit de iure naturæ, ideò parentibus, dominis, ac tutorib. non officit. Meritò in ijs, quæ vidit, audiuit, egit seruus, vel filius; pater, & dominus non possunt dici vidisse egisse, audiuisse. Sed, quod gesserunt filij, vel serui eatenus parentes, & dominos attingūt, quatenus aliquid iuris ad eos peruenire potest, vt inf. in tit. per quas perso. nob. acq. Ideo rectè Imperator, ait nullā rem posse pupillum alienare cum alij non se obliget l. obligari 9. ff. hoc tit. iuncto princ. tit. nostri de iure intelligēs, idest non posse se iure obstringere, neque vllum dominij ius in accipientem transferre. Contra Vlpianus in d. l. 29. de acquir. poss. loquitur de possessione facti, scilicèt detētatione illa naturali, quæ à mero corpore, & facto pendet; ideò cum facti sit, potest à pupillo amitti, sine tutore. Ita in l. pro emptore loquitur de errore facti; Ideo non obstat, &c.

Quomodo sit interponenda, & à quibus. Cap. III.

AVctoritas statim interponēda est in ipso negocio nulla mora interiecta, vt in §. penul. hoc titul. & d. l. §. pen. obligari 9. ff. eod. Ratio est apertissima, quia cum actus nitatur voluntate duorum, pupilli, scilicet, ac tutoris, qui sua per-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

persona auctoratur, & personam pupilli legitimat; si auctoritas tutoris preiret, vel sequeretur; tunc sola persona pupilli niteretur obligatio, qui, cũ incapax sit, non potest id præstare; ideò desideratur in ipso actu, illicò, & pro forma, vt notat diligenter, Aldobrandinus. Consequens
§. vlt. huic est, quoties lis vergit inter tutorem, & pupillum, seu negotium, in quo sit necessaria tutoris auctoritas, cum pupillus, & tutor simul contrahant, & tutor non possit esse auctor in re sua, & emere, & vendendo sustinere personam pupilli, imò implere. Meritò interim curator sufficitur. Venditiones verò absolutè inter tutorem, & pupillum prohibentur d.l. obligari, vbi Dd.

Igitur forma sit, vt tutor in negotijs pupilli præsens statim auctoretur, & is tutor sit, qui administrat, vt hic in §. tutor autem iuncta lege si pluribus 4. ff. eod. In negotijs verò promiscuis, tam tutori, quàm pupillo daturinterim curator, ne tutor sit actor, ac reus. In contractibus verò nullum datur negocium, vt iam dictum est.

Obstat huic doctrinæ textus apertissimus in l. pupillum 49. ff. de acq. hęred. vbi tutor, qui non administrat auctorari potest, & tenet obligatio; igitur falsum, dicitur quod per §. tutor cum d.l. & si pluribus 4. ff. eodem. Ob.

Responde, aut tutor administrat, & auctorari potest, quod clarum est, aut non administrat, & tali casu, si ei interdicta est administratio, tũc auctorari non potest, & ita loquitur tex. in d. l. & si plurib. 4. ff. eod. Si verò ei non sit interdicta administratio, quamquam actu non administret, tamen auctorari potest, & ita loquitur l. pupillus 49. ff. de acq. hæred. glos. in l. iusiurandum 17. §. si tutor in verbo tutelam gerit, ff. de iure iurando. Ita conciliantur iura contraria, & patet quando, & à quibus sit auctoritas interponenda, &c.

Tit. 22

IN TITVLVM XXII.

QVIB. MOD. TVTELA FINITVR.

DIxit de tutela, de tutoribus, de speciebus tutelę, de qualitatibus. Nil restabat nisi de consumatione quærere. Hic est portus omnium humanarum rerum.

Animaduertat tyro, Iustinianũ loqui de consumatione tutelæ non solum actiuè (vt aiunt) sed passiuè, idest tam in subiecto tutoris, qui administrat, quàm pupilli, qui sub tutoris potestate degit. Igitur, quæramus.

Quid sit extinctio tutelæ. *Cap. I.*

EXtinctio tutelæ est solutio relationis inter tutorem, & pupillum: illius ab administrationis onere liberatio: huius in caput, & familiã suam pleni iuris acquisitio. Hęc crassa nostra minerua cõflata descriptio complectitur vtrumque caput consumationis tutelæ in subiecto tutoris, & pupilli.

Diximus *solutionem relationis*, quia (vt dictum est in superiore titulo) tutor datur ad legitimandam pupilli personam; ideò in negotijs præsens statim debet esse, nam duæ personæ quodammodo vna sunt, ita vt tutor perficiat & integret pupillum. Sed maturescente iudicio per ætatẽ, seu pubertatem soluitur relatio talis, ita vt sola persona pupilli sufficiat.

Obst. pupillus finita tutela non acquirit plenum ius, nam adhuc sub curatore eget, vt infra in tit. de curat. videbitur. Ob.

Responde acquirere plenum ius, quia curatorem non accipit inuitus l. 1. & §. 1. de curat. ideò potest suo se marte regere.

Qui-

Quibus modis finitur respectu pupilli. *Cap. II.*

PLuribus modis finitur tutela respectu pupilli, primo pubertate, vt in princ. tit. scilicet, cum mares decimum quartum; fœminæ duodecimum ætatis annum impleuerint. Illi puberes, hæ viri potentes, illique soli in tutelam suam venire dicuntur l. cum filio familias 48. ff. de leg. 3. fœminæ autem puberes non appellantur l. cum filiæ 49. de leg. 3.

Princ. tit.

Ob. 1. Obstat primo, pariter masculus, & femella in ætate à natura prȩscripta, imò maturius hæc flores pubertatis emittit, & à tutela liberatur, vt hic. Igitur pariter fœmina dici debet in tutelam suam venire, & pubes appellari.

Responde, fœminam more maiorum non dici in tutelam suam venire, quòd antiquitus, in perpetua esset tutela. Puberum quoque nomen est iuris ciuilis, quãquam pubertas sit iuris naturæ; quamobrem ad ciues, & ciuiles tantum actus refertur, quorum fœminæ non sunt participes inf. de testam. ord. §. 2. in verbis ciuibus Romanis puberibus; quare nec nominis participes esse debent l. 4. C. de ferijs. Sed hodie cum fœmina non sit in perpetua tutela potest pubes appellari.

Secundo finitur tutela morte pupilli naturali, quod clarum est cum mors omnia destruat, §. simili modo hoc titulo. *§. simili modo*

Ob. 2. Obstat secundo, morte pupilli nõ debere finiri tutelam, nam siue sit datus à testatore, siue à lege, siue à magistratu tutor, tuetur rem pupilli, quo extincto res etiam durat, ergo non morte personæ finienda tutela.

Respondeo sublato principali, & domino rei tanquam causa; omnia intercidunt. Tutela enim est ius peculiariter in personam, idestin pupillũ, iura autem personalia cũ persona extinguuntur, vt sup. de pat. por.

Tertiò finitur morte ciuili pupilli, idest capitis diminutione, vel minima, qua pupillus, ad arrogandum se dat, de qua re supra quibus mod. ius par. potest. solu. transit enim in alienam familiam; ideò non eget tutore, nemo enim simul potest esse in tutela, & sub patria

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

tria potestate l.vlt.§.quibus, C.de sent. pass.necnon deportatione, nam per mediam capitis diminutionem amittitur ciuitas, & omnia ciuilia iura, vt sup.de cap.dim.

§. *item finitur.*

Ob.3. Obstat tertio, pupillum non posse se alijs obligare ob defectum iudicij, vt supra de auctor. tut. in princ.ergo iniquum videtur, ipsum se obstringere, tam atroci iudicio, & pœnæ deportationis.

Responde hoc accipiendum de pupillo proximo pubertati, quem capacem doli, & iniuriæ esse Caius scribit in l.pupillum 111. de regul. iur. ideò, & huic pęnæ fieri potest obnoxius, licèt ex consuetudine mitius agatur, capitulo primo, & secundo, de delict. puer. Clemen.prima, de homicid.

Quarto finitur seruitute pupilli. Sed quali? glossa supplet si redigatur in seruitutem ob ingratitudinem; puta, si sit libertus, & ingrati animi vitio laborans redigatur in pristinam conditionem. Ita sentit Teophil. hic seruus enim venditione fieri non potest, cum debeat annũ vigesimum excedere, vt supra de iur.personar.

Quinto finitur, si ab hostib. pupillus captus fuerit, nam in ditionem hostilem positus tutorem habere non potest d. §.item finitur.

Obstat quarto, per captiuitatem, status suspenditur, & fictione postliminij omnia pristina iura recipiuntur, §. si ab hostibus, supra quibus mod. ius patr. potest. solu. Igitur malè, dum dicitur hic solui tutelam. Ob. 4.

Responde tutore capto finiri tutelam, §. ab hostibus, supra de Attil. tutor. l. arrogati decimoquarto, ff. de tutel.

Similiter pupillo capto; quia vterque fit seruus, sed tutor reuersus cõmento postliminij pristinum ius recipit, dicto §. ab hostibus, pupillo vero capto nulla quo ad tutelam spes est postliminij, cùm & si redeat adhuc pupillus nil iuris habeat, quod in tutorem exerceat.

Ideò statim finitur tutela.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

Quibus mod. finitur respectu tutoris. Cap. III.

FInitur tutela respectu tutorum ferè ijsdem modis quibus respectu pupillorum, sed rationibus diuersis; ideò discreui tractationem, ordinis, & claritudinis gratia.

Primò morte naturali tutoris, quod clarū est, §. simili modo hoc tit.

Ob. 1. Obstat primo, tutor hæredē habet, qui succedit in vniuersum ius l. hæreditas de regul. iur. Igitur non finitur morte tutoris.

Responde, munera personalia, in quibus censetur electa fides, & industria personæ non transire ad hæredes l. vlt. ff. de muner. & hon. §. soluitur, infra de societ. actio tamen tutelæ ad hæredes transit quatenus ad tutorem peruenit l. 1. §. vlt. ff. de tutel. & rat. distra.

Secūdò morte ciuili, §. sed capitis hoc tit. si de maxima, & media clara res est; Si de minima sentias, tunc respectu tutorum non perit tutela, nisi legitima d. §. sed, & capitis in fine. *§. Sed, & capitis.*

Ob. 2. Obstat secundo; Nonne capitis diminutione minima tutores quoque testamentarij, & alij transeunt in potestatem arrogatoris, & mutant statum, vt agnati? Igitur sicuti in agnatis capite minutis minima capitis diminutione extinguitur tutela, ita & in alijs.

Respōde diuersam esse rationem, nam capitis diminutione minima non pereūt tutelæ, eo quia fiat transitus in aliam familiam, nam etiam filij familias tutores esse possunt, supra in principio tituli, qui test. tut. dar. poss. Sed pereunt, quæ dantur agnationis gratia, nam per minimam capitis diminutionem sublata causa, idest agnatione, pereat tutela necesse est, l. tutelas 7. ff. de cap. dimin. reliquę igitur firmæ manent, quia naturalibus personis, non ciuilib. dantur argumento, §. sciendum infra de Senatusc. Orphic.

Tertiò finitur tutela sola tutoris causa, cùm tutor datus fuerat ad tempus, nam eo finito, finitur quoq; tutela §. prętereà hoc tit. nam ad tempus permissa censentur ab eo tempore prohibita, vt not. glo. hic in §. prætereà. *§. prætereà.*

Obstat tertiò, obligationes *Ob. 3.*

ad

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

ad diem contractæ, neque legata ad diem relicta finiuntur tempore l. nemo 55. ff. de leg. 1. l. obligationũ ferè, de oblig. Igitur in simili, in tutela, & si ad certum tempus, tamẽ non videbatur posse finiri, præsertim cum tempus non moderetur, in actu tutoris dandi, vt glos. not. dicto §. præterea.

Obseruatio. Responde, & obseruа ea, quæ in iure solo consistunt semel personæ quæsita, non nisi facto eius ab eo recedere, l. id quod nostrum 11. de reg. iur. ideò hæc tempore non extinguntur ipso iure. Sed cùm iura posita sunt in facto iuris naturæ, ideſt in facto personæ, vti facta temporalia sunt cum factis incipere, & finiri possunt. Exemplo sit vsufructus, qui cum consistat in facto, ideſt in opera personæ vtendo, fruendo l. 1. ff. quand. dies vsusfr. leg. ced. ideò ex die, & ad diem legari poteſt, l. 1. §. vlt. ff. vt sup. Talis eſt tutela, quæ consistit in sola tutoris administratione, non in vllo iure illi propriè quæsito, ideò ad tempus constitui poteſt, & ex tempore, atq; finiri ex eo.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

IN TITVLVM XXIII.
DE CVRATORIBVS.



Is, quę ad tutores peculiariter pertinēt traditis, commodum sequitur aliqualis de curatore inspectio. Curator enim succedit tutori, & si non principaliter personæ præficiatur, sed rebus, vt ex tripartito nostro examine liquebit.

Cap. 1. Quid sit curatio, & quotuplex.

Cap. 2. Quibus, & quando curatores dentur.

Cap. 3. A quibus dentur, & quomodo.

Quid sit curatio, & quotuplex.
Cap. I.

CVratio est potestas quędam politica iure ciuili constituta ad bona minoris, vel alterius, qui eiusmodi cura indiget præcipuè administranda, curandamque secundo loco personam.

Hæc descriptio ex substātia tituli petita est, & l. 2. & 3. ff. de administ. rerū ad ciuit. pertin.

Dicta est *potestas politica*, quia non vi patriæ potestatis existit, sed est similis potestati politicæ magistratuum administrandorum, vt not. Vltram. hic, & in d. l. 2. & 3.

Iure ciuili constituta, idest, vel lege scripta, vel moribus. A lege scripta dantur curatores proximis agnatis prodigis, aut furiosis etiam natu maioribus §. furiosi hoc tit. l. 1. ff. de curat. fur. Maiorib. verò vigintiquinque annis, minoribus præficiuntur à magistratibus; nam testamento curator non datur l. penul. C. de testam. tut. Aliquando tamen dantur curatores minoribus 14. annis, vt in casibus §. interdum hoc nostro tit. Meritò curatorum tres species inueniuntur. Quidam dantur impuberibus minoribus 14. ann. d. §. interdum; Quidam maioribus 25. ann. qui appellantur legitimi, de quibus in §. furiosi hoc tit. Quidam verò puberibus dantur, qui annū compleuerunt, sed sunt adhuc minores 25. & hi appellantur datiui. *triplex curatio.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

Ad bona præcipuè adminiſtranda; nam curare ad bona pertinet, tueri ad perſonam l. ſciendum 20. de rit. nupt.

Ob. 1. Obſtat primo. Si curator hãbet ſub ſe bona, & perſonam, nil diſtabit à tutore; niſi quod alter principaliter, alter ſecundo loco perſonæ pręficitur. Ideò in l. ſcire 13. ff. de excuſat. tut. curatorem habẽs pænè pupillo comparatur. Igitur paris erunt efficacię tutela, & cura, ob id agendum videbatur vnà de vtraque re.

Reſponde, & ſi pariter curator, & tutor bona habeat, & perſonam: tamen curator pluribus diſtat à tutore; nam tutor inuitis datur, curator nõ item, niſi ad litem §. 1. hoc tit. Tutor datur omnibus bonis, §. datus, inſ. de excuſa. tut. curator etiam rebus ſingulis §. 1. hoc tit.

Finis quoque Princeps tutoris eſt, vt legitimet, & integret perſonam inhabilem; ideò ſine eo pupillus non obligatur, vt in princ. tit. ſup. de aucto. tut. curator autem non habilitat perſonam, ſed bona adminiſtrat, ideò minor ſine curatore ſe obligat l. puberes 121. ff. de verbo. oblig. Integra enim, eſt perſona minorum; quare aliena auctoritate eis opus non eſt, ſed conſenſu in iudicio, quod eſt officium curatorum, non extra iudicium, vt ad nuptias, ad teſtamẽtum ad ſtipulationem. Verùm tamen illud eſt, vendere, aut alienare, aut obligare bona nõ poſſe ſine conſenſu curatorum l. 3. C. de mino. Bona enim, quę ſunt commiſſa officio curatoris minor, ſine conſenſu alienare non poteſt. Igitur obligationes à perſona pendentes curatoris reſpuunt conſenſum; ſecus, quę bona curatori commiſſa ſunt. Demum curatores non dantur teſtamento, ſed ſi dati ſint confirmãtur decreto Prætoris, vel Præſidis §. ſed curator hoc tit. cum tutores teſtamento dari poſſint, vt ſup. qui teſtam. tut. dar. poſſ. &c.

Obſtat ſecundo, l. de creationibus 20. C. de episco. audient. vbi datur curator in ſupremo elogio. Ob. 2.

Obſtat tertio, cur non poteſt dari curator à parre, vel ab eo, qui hæredem inſtituit, cùm vnuſquiſque in re ſua ſit moderator, & arbiter vulgari l. in re mandata, &c. & liberũ eſt arbitrium, quod iterum non redit l. 1. C. de ſacroſan. Ob. 3.

eccl.

eccle.ſicuti in tutela dictũ eſt.

Reſpõde primo, in d.l.20. non dari curatorem teſtamento ei, qui compos ſit mentis, ſed furioſo ad exemplum pupilli. Idẽ in alijs morbis perpetuis.

Obſerua. Hinc obſerua, alios eſſe datiuos curatores, alios legitimos. Datiui dantur à lege minoribus; legitimi teſtamento maioribus; illi volentibus, hi inuitis.

Reſponde ſecundo, nõ valere aliam argumentationem, quòd vnuſquiſque ſit moderator rei ſuæ, &c. quia tutelæ datio eſt iuris tantum, vt ait Vlp. in l. muto 6. ff. de tutel. neque Imperij, aut iuriſdictionis, ſed ſoli competit cui nominatim lex dedit, vel Princeps, vel ſenatuſconſultum. Sed lex duodecim tab. dixerat ſolum de tutela non de cura l. verbis legis de verb. ſign. Non datur autem teſtamento curator, quia ea, quę teſtamẽto peragũtur, non poſſunt ab alieno arbitrio pendere l. illa inſtit. 32. de hæred. inſt. At cura ex illius arbitrio pẽdet cui datur, quia non datur inuito; Igitur non poteſt pari paſſu cum tutela ambulare, vt detur in teſtamento.

Quibus, & quando curatores dentur. Cap. II.

Dantur curatores, primo maſculis puberib. ciuibus Ro. & fęminis viri potentibus. Ratio eſt in tex. quia licet puberes ſint, adhuc tamẽ eius ætatis ſunt, vt ſua negocia tueri non poſſint. §.1.

Obſt. primo, tex. in §. cum ergo ſupra quib. ex cauſ. man. non licet, vbi maiori 14. ann. eſt totorum bonorũ ſuorum adminiſtratio conceſſa. Si conceſſa tota adminiſtratio, ergo falſum dicere, negotia ſua tueri non poſſe. *Oo. 1.*

Reſponde, verum eſſe puberi totam committi ſuæ rei adminiſtrationem; quia teſtamenta condere, & ad libitum de re ſua diſponere poteſt, vt in principio huius tituli diximus. Cæterùm eius ætatis nõ tanta ſoliditas eſt, vt minor 25. annis poſſit in iudicijs negocia expedire. Hoc innuit Imperator in illis verbis *ſua negocia tueri*. Ideò curatorem habens condit teſtamentum ſine auctoritate ipſius, ſed in iudicijs negocia non expedit, Ideò dicitur in tex. §. item inuiti hoc tit. adoleſcentes cu- *§. item inuiti.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

ratorem non accipere inuitos, præterquam in litem.

Ob. 2. Obſtat ſecundo, l. 1. & 2. ff. de minoribus, vbi Vlpia. ait, adminiſtrationem rei ſuæ minoribus, quãuis benè rem ſuam gerentibus non debere committi. Si committi nõ debet, ergo curatorem accipiũt inuiti.

Reſpondent variè interpretes. Quidam ſenſere, iure veteri non dari curatorem inuito, vt in d. §. inuiti; iure nouo dari, vt in d. l. 1. in fin. Alij dicunt dictum tex. loqui de eo, qui curatorem habeat ſpontè acceptum, cui nõ debet committi adminiſtratio rerũ ſuarũ, ſed ad curatorem ſpectare. Sed neutri reſponſioni dò manum; Nam priorem non admitto, cùm correctio vitanda ſit poſteriorem repudio, cùm nulla ratio dubitãdi appareat in eo minore, qui ſponte curatorem accepit, ſi per ſe adminiſtrare non debeat. Igitur dictam legẽ primã, puto intelligendam, de æquitate, qua moueri, Prætorem teſtatur Vlpian. ibi. Nam in Fronte legis Vlp. ait. Hoc edictum prætor naturalem æquitatem ſequutus propoſuit, quo tutelam minorum ſuſcepit. *Intellectus l. 1. ff. de minoribus.*

Demum in calce ait. Nec ante rei ſuę adminiſtratio cõmitti debet, quãuis benè rem ſuam gerentibus, intellige ex dicta æquitate prætoria. Cęterùm cum iuris rigore minori ſit rei ſuæ adminiſtratio conceſſa, vt in d. §. cum ergo ſup. quib. ex cauſ. man. non lic. Si repugnet non cogitur inuitus. Hæc de curatorib. datis his, qui mentem habent.

Dantur quoque curatores furioſis licèt maiorib. 25. annis, mentecaptis, ſurdis, & perpetuo morbo laborantib. §. 1. hoc tit. l. 1. de cur. fur. *§. furioſi.*

Obſt. tertio, potius videri æquum dari furioſis, mentecaptis, & ſimilibus tutores in perpetuum, non curatores. Nam defectus cum ſit in perſona, perſona videtur ſupplẽda, & integranda, quod eſt tutorum, non curatorũ officium vt ſup. de auctorit. tut. d. eſt. *Ob. 3.*

Reſponde furioſi, mentecapti, &c. perſonam eſſe aptam ætate ſe defendere, quamquam iudicio per accidens careat. Ideò tutor his non datur, cùm detur his, qui propter ætatem ſe defendere nequeunt, vt in tutelæ definitione. Cum ergo defectus ſit in iudicio, non in æta- *Nota.*

ætate curator, non tutor pręficitur.

Demum dantur curatores pupillis aliquando, & aliquando adiunguntur. Dantur quoties legitimus tutor nõ est idoneus. Adiunguntur quoties testamentarius non est idoneus, vt in §.interdum hoc tit. cuius rei causam elicies ex responsionibus ad obiecta.

§ interdum.

Ob. 4. Obstat quarto, dum dicitur curatorem dandum quoties tutor nõ est idoneus, nam si tutor non est idoneus remouetur, vt suspectus §.vlt.infra de suspect. Igitur non curator dabitur, sed alius. Deinde negotium faciunt illa verba, dari, & adiungi, nam siue testamentario, siue legitimo tutore remoto, alius dandus est.

Responde, tutorem non esse idoneũ, aut ob egestatem, aut dignitatem, aut valetudinem, aut diffusum patrimonium pupilli l.vlt. C. in quib. caus.l.quoties 9.in fi.ff.de administ.tuto.l.prolatis 6. ff.de suspect. tut. Quæ causæ non remouent tutorem.

Ob. 5. Obstat quinto. Imò fit locus replicationi. Ex qualibet causa tutor insufficiens sit, videtur æquius adiungi alium tutorem, quam curatorẽ, cùm tutoris, & curatoris sit diuersus finis, vt sup. in princip. tit. Iniustumque videtur eum, qui tutore eget, qui personam integret, ob defectum tutoris curatorem accipere. Cui dogmati fauet tex.in l.tutores 40. §.patruus, ff.de administ. tut. & tex. in l. propter litem 21. in fin.de excus.tut.&c.

Responde, esse regulam tutorem habenti tutorem non esse dandum l. idem fiet 27. ff.de test.tut.l.ventri 20.ff.de tut.& curat.dat. & cæt. Ratio multiplex, vt pœnes Cuiac.in paratit. C.ad tit.in quib. caus. tut.hab. Illa certa est, quia curator datur rebus, tutor personæ; persona est indiuidua, res sunt diuiduæ. Ex quo resultat tutelam semel alteri delatam ab eo, quod possessum nõ posse diuidi, vt alius tutor priori addatur, vt sentit Giphanius hic. Cui addo aliã rationem, quia cum personæ, & vniuersis bonis tutor detur, §. datus infra de excus.tut. non potest hoc ius altero tutore apposito illi auferri, vel minui quandiu tutor est, eo tamen volente, id fieri posse videtur. Ita loquitur d.l.tutores 40. §.patruus, ff.de adm. tut. cum l. propter litem 21. in fin. de excusatio.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

tut. &cæt. Igitur tutorem habenti tutor non datur, ſed curator, qui aliquando dicitur dari, aliquando adiungi, ea ratione, ſi teſtamento ſit tutor datus, qui ob diffuſum pupilli patrimonium non ſit idoneus; tamen ex fide adminiſtret, ei curator adiungitur, ideſt, vt curator opem ferat tutori per teſtatorem electo; ita intelligendus, §. item ſi teſtamento hoc tit. *§. item ſi teſtamento.*

Datur autem quoties legitimus non eſt idoneus similiter, ſed cur dicitur dari, non adiungi, vt in teſtamentario tutore? Rationem eſſe puto, quia legitimus cum ſit deterioris conditionis teſtamentario; eo quia teſtamento datus iudicio teſtatoris electus dicitur, & fidelis; legitimus ſorte poteſt contingere, vt ſit tutor, quia proximior agnatus, vel cognatus.

Meritò ſi non ſit idoneus legitimus, lex curatorem dat, non adiungit, nam tota cura ſpectare debet ad curatorem. Si teſtamentarius non ſit idoneus, curator ei adiungitur, quaſi ambo adminiſtrare debeant.

Poſtremò loco, non ſolum curatores dantur, & adiunguntur ſed pupillo; Actor datur §. vlt. hoc titulo, de quo eſt titulus, C. de act. à tut. ſeu curat. dan. &c. Cur actor, & non curator? Quia curator datur, vel adiungitur inuito tutore, actor volente, & petente. *§. vlt.*

Quare cum tutor valetudine, aut alia iuſta cauſa impeditus, non eo minus officio ſit aptus; Quare cum petat ſibi ſocium adiungi, illi potius actor eius periculo datur, quã curator, qui illius periculo non adminiſtraret. Quo ad diſcrimina Actoris, & Curatoris videndus eſt Cuiac. hic, &cæt.

A quibus dentur, & quomodo.
Cap. III.

DAntur curatores ab iiſdem magiſtratibus, à quibus tutores, vt in l. 3. ff. de tut. dat. ab his, Imper. in principio tituli noſtri ſup. dictum eſt in tit. de Attil. tut. Nõ dantur autem teſtamento, vt accepiſtis in deſcriptione curæ, & eius rationem, cui additur, minorem à 14. ætatis anno ius faciendi teſtamentum conſequi l. qua ætate 5. ff. de teſta. & venire in ſuam tutelam §. 1. *§. 1.*

inf.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

inf.de pupill.subst.Quod quidem ius illi publicum pater amplius auferre non potest, nec ei testamentum circa curam,aut alias vitę partes condere in illam ætatem,qua ipse iam sibi facere illud potest l. 2.ff. de vulgar. & pupill. substitu.

Ob. Obst. l.vlt.ff. de curat.fur. & l.cum furiosus 7.§.vlt.C.de curat. fur. vbi si pater curatorem testamento dederit, eum Prætor dare debet, sequutus patris voluntatem,perpenditur verbũ, debet, prętori necessitatem imponens eum curatorem dandi, qui testamento datus sit. Igitur falsum dicere testamento non posse dari.

Responde actũ vires à confirmatione sumere, cùm alioqui sine ea nõn subsisteret,argumento §.1. vbi Dd. infra de bon. poss. Nec verbum debet necessitatem indicat,ita vt ex confirmatione tota vis non pendeat; nam dicitur debere confirmari, quòd is maximè sit idoneus,quem pater elegerit l. 2. C.de confir.tut.l.tutelę 7.C.de testam.tut.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

Tit 24 IN TITVLVM XXIV.

DE SATISDAT. TVT. VEL CVRAT.

ingillatim tutelæ, & curæ recensitis partibus, quædam modo promiscua vtrique in hoc, & duob. sequentibus titulis exponuntur, ac primum agitur de satisdatione. Ideò dispice.

Cap. 1. Quid sit satisd. tut. & curat.

Cap. 2. Qui teneantur satisdare.

Quid sit satisdatio tut. &c.
Cap. I.

SAtisdationem hanc, ita describo. Est præstatio cautionis per tutores, & curatores iussu prætoris, vt datis fideiussoribus pupillus, vel adultus securus existat. Ex princ. tit. nostri l. 1. ff. qui satisd. cog. l. 4. ff. rem pup. salu. for. Causa materialis in hac descriptione est præstatio cautionis l. 1. ff. qui satisd. cogan. Formalis est ibi, datis fideiussoribus: plures enim sunt satisdationum species l. satisdationis verbo, ff. de verb. sign. & iuratoria cautio captis pignorib. intelligitur, vt ff. rem pupil. salu. &c.

Sed vbi lex desiderat satisdationem cum fideiussoribus omnino adhibēdi sunt, & pro forma est, quæ non impletur per ęquipollens, vt diligenter not. Aldobrand. hic in verbo, satisdentur. Causa efficiens est Prętoris iussus, §. 1. hoc tit. ibi, curet prætor. Ad eum enim veluti honorarium tutorem, & inspectorem præcipuũ hæc cura meritò pertinere debet l. 1. & 2. ff. rem pupil. salu. for. Causa finalis est in illis verbis vt pupillus, vel adultus securus existat; hac ratione, & fine satisdatio inuenta est, vt elicitur ex d. l. 1. apertis verbis, ff. qui satisd. cog. & deprehenditur ex subiecta materia.

Obstat, dũ dictum est, causam efficientem huius satisdationis esse Prætoris iussum, nam potius videtur satisdatio *Ob.*

hu-

huiusmodi ex constitutionibus, §. sed, & his supra de Atiliano tutore. Vnde quidam legunt curet Prætor, quidam,
Princ. tit. curat, vt Baldui. not.

Responde, quouis modo legas, vel *curet*, vel *curat* esse intelligenda verba de iussu Pretoris tutelaris, cuius cura est præcipua, vt tutores satisdare iuberet l. 1. & 2. ff. rem pugn. salu. for. non propterea dicitur Prætor auctor satisdationis.

Qui teneantur satisdare.
Cap. II.

NOn omnes tutores, & curatores satisdare tenentur; Testamento dati non satisdant; ratione posita in
§. 1. text. in §. 1. hoc titulo, ibi fides eorum, & diligentia ab ipso testatore approbata. Rursus ex inquisitione tutores optati satisdatione non onerantur; quia idonei electi censentur d. §. 1. cum quo consonat l. 4. & l. 7. ff. de testa. tut.

Igitur soli legitimi, & datiui, quando sine inquisitione fiunt sunt, qui satisdanr.

§. sed si ex testamento. Est tamen exceptio à superiore regula in §. sed si ex testamento hoc titulo vbi declaratur, quando testamentarij, & ex inquisitione dati satisdare possunt, seu debent. Nam si quando plures tutores pupillo dati sunt, quia expedit pupillo, vt vnus tantum administret; ideò proceditur per Prætorē hoc ordine l. vlt. ff. rem pup. salu. fo. primò, vt gestus committatur ei, qui satis offerat. Secundo, si nemo satis offerat; committatur electo à testatore, vt administret. Tertio si nemini commisit, ei cōmittatur, quem pars maior elegerit. Quarto si dissensio sit in electione, suam Prætor interponat auctoritatem, & eligat aptiorem arbitrio suo. Quod si reclamauerint vniuersi, ad omnes spectabit administratio, l. 3. in fi. ff. de administ. tut. Sed obstant plura.

Obst. primo, dum dictum *Ob. 1.* fuit, datos testamento, & ex inquisitione non satisdare, legitimos autem, & sine inquisitione satisdare. Obstat inquam hęc ratio, si dati à testatore non satisdant ea ratione, quia idonei electi sūt pariter, nec legitimi satisdabunt, qui à lege eliguntur, vt sup. in tit. de leg. agnati tut. nec minor est prouidentia legis, quàm testatoris.

Re-

Reſponde cum Aldobrandino, diuerſam eſſe rationem inter legitimos, & teſtamentarios, nam legitimi, etſi à lege approbentur, attamen ſatiſdant, quia lex non perſonas agnatorum, non mores ſcrutatur, & comprobat, ſed gradum agnationis ad tutelas ſuſcipiendas admittit. Ideò nil mirum ſi teneantur ſatiſdare, nam ſatiſdatio reſpicit perſonam, teſtamẽtarij verò in perſona deliguntur, ideò perſona eorum ſatiſdatione non eſt munienda l. vlt. C. de curat. fur. l. de creatione 20. C. de epiſc. aud.

Ob. 2. Obſt. ſecundo l. legitimos 5. §. 1. ff. de legit. tut. vbi lex diſtinguit ſi legitimi ſint viles perſonæ, vel honeſtæ. Primo caſu ſatiſdare tenentur. Secundo non. Igitur, nec legitimi tutores ſatiſdabunt, niſi per accidens cum viles erũt perſonæ.

Reſponde, in d. l. legitimos ſermonẽ eſſe de patronis, qui ſi ſint honeſtæ qualitatis non ſatiſdant, non de alijs legitimis, qui ſemper tenentur. Ratio diſcriminis ea eſſe poteſt, quia non præſumitur, quem liberalitas mouit, vt daret libertatem ſeruo, cum auaritia tentatum, vt dilapidet bona pupilli liberti; quæ ratio ceſſat in alijs legitimis tutoribus, & curatoribus.

Obſt. 3. l. 5. §. Papinianus Ob. 3.
in verbo, debuerunt, ff. de adminiſt. tut. vbi patruus, & ita extraneus nepoti teſtamento tutorum dat; atq; ita non iure, quia eum non habet in poteſtate, Prętor tamen iubet, vt Magiſtratus municipalis confirmet tutorem datum: Quod facit Magiſtratus ſine ſatiſdatione. Tutor finita tutela ſoluendo non eſt. I. C. reſpondet, dandam contra Magiſtratum actionem ſubſidiariam, quia non exegit ſatiſdationẽ dum confirmauit; ex quo tex. clarè apparet, etiam tutorem confirmatum cum inquiſitione ſatiſdare debere, quod eſt contra.

Reſpõde Magiſtratum municipalem non eſſe commiſcendum cum Vrbano, vel Prouinciali, cuius maior erat auctoritas. Municipalis non poterat dare, aut confirmare, niſi tutor ſatiſdediſſet. Vrbanus, & Prouincialis dabant ſine ſadiſdatione ex inquiſitione. Ratio diſcriminis ea eſt, quòd reſpublica non fideret magiſtratui municipali, ſicuti

fidit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

fidit Vrbano, & Prætori, qui erant sub oculos (vt ita dixerim) Reipub. Ideò accipe l.5. vt loquatur de municipali, & non obstabit, &c.

§.pen.) Quicquid dicitur in §. penultimo huius tit. de subsidiaria actione in calcem vsq; tit. non explico, quòd planum sit. Sed in modum coronidis sciat tyro. Tutorem teneri pupillo actione tutelæ, & actione ex stipulatu rem pup. saluam fore, & hypothecaria; Rursus teneri eis fideiuss. eadem actione rem pup. salu. for. Harum rerum excussione facta, si aliter pupillo satisfieri non potest, patet recursus ad hanc actionem; cui obstringuntur hi, qui satisdationē à tutoribus, & curatoribus exigere neglexerunt l.5.ff. de administ.tut. Cui nomen subsidiaria, quòd competat, vbi facta excussio est, & nullum aliud superest subsidium, ducto nomine à subsidiarijs militibus, qui penes Romanos integri seruabantur ad longioris pugnę casus, &c.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

Tit.25 IN TITVLVM XXV. DE EXCVSAT. TVT. VEL CVR.



Ommune vnũ tutorum, & curatorũ recensitum est *satisdatio*, duo restant his promiscua excusatio, & suspicio. Alterum quo quis se legitimè subtrahit oneri; alterum quo quis indigne remouetur. Videamus de excusatione quærentes.

Cap. 1. Quid sit excusatio, & qui se excusare possint.

Cap. 2. Quæ sit ratio excusandorum tut. & curat.

Cap. 3. Qui sint modi excus.

Cap. 4. Quod tempus detur excusationibus.

Quid sit excusatio, & qui se excusent. Cap. I.

EXcusare se à tutela, vel cura; Est onus legitima, probabilique causa intra pręscripta tempora deprecari, quod alioqui erat necessario subeundum. Elicio hanc descriptionem partim ex l. 1. ff. de vacat. & excus. muner. & hon. & l. 1. ff. de administr. & pericul. tut. & ex l. 1. & tot. tit. ff. de excus. tut. &c.

Excusant autem sese vniuersi tutores, & curatores, idest cuius generis sint, vt innuit Imp. in §. qui autem hoc tit. nostro. §. qui autem.

Obstat, obseruatio Cuiac. in notis suis ad Vlpian. tit. 11. §. si capite in verbo, abdicare; vbi ait, legitimos excusari nõ posse, eò quia nullum exemplum sit in iure excusationis datæ proximis agnatis. Cui sententię subsignat Giphanius in hoc tit. d. §. qui autem. Ob.

Responde contra Cuiac. Giphan. & alios aperta iura hoc exprimere, vt l. Libertos 5. C. de excus. tut. vel cur. vbi frustra negaretur excusatio Liberto à tutela, vel cura liberorum patroni, si ipso iure esset inexcusatus, & tex. in l. si sororis 9. C. qui dar. tutor. vel cur. &c. l. 1. C. de legit. tut. Iustinianus d. §. qui autem.

Obst. secundo, dũ dictum est, onus necessario est subeũdum Ob. 2.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

dũ, ni excusatio legitima adhibeatur, nam in l.si tutor 17. ff.de auctor.& cons.tut.tutor non cogitur à Prætore auctorari pupillo; ergo non est opus excũsatione si non datur coactio.

Responde, aliud est in genere, aliud in specie, in genere, si se tutor, vel curator non excusat cogitur, vt in descriptione. In specie verò in vno, vel alio negocio, non cogitur auctorari. Ita loquitur lex cõtraria, quæ ita non obstat.

Ob. 3. Obstat tertio, in munerib. publicis ciuilibus nulla datur excusatio. Publica autem, & ciuilia, idem sunt l. munerum 18.§.hæc omnia, ff. de mun. & hon. Quod non detur excusatio, tex.est in l.5.C.de muner.patrim.lib.10.

Nota. Responde distinguendo. Alia sunt munera personalia; alia patrimonialia, alia mista. l.vlt. ff. de mun. & hon. Quæ omnia tripertitè distributa vna significatione cõprehenduntur, & omnia ciuilia nuncupantur, seu publica. In hisce muneribus patrimonialibus nõ est locus excusationi, ita loquitur lex allegata in contrarium. Tutela autem, vt & cura est munus personale, & hoc est nomen vtriusque, publicum vero auctoritate, & per consequens ciuile, quod suas habet excusationes, ratione in sequenti capite aperienda, vbi etiã liquebit apertius, si sit munus publicum, & quare.

Quæ sit ratio excusationis.
Cap. II.

RAtionem excusationũ innuit subobscure Vlpia. in l.1.ff.de vacat.& excusat.mun. dum ait, omnis excusatio sua æquitate nititur. Sed si petentibus, aliquid sine iudice credatur, aut passim sine temporis præfinitione, prout cuiq; libuerit permissum fuerit se excusare, non erunt, qui munera necessaria in reb. publicis obeant; Munera quoque publica à priuatis non possunt sine legitima excusatione declinari; quia singuli dicuntur debitores patriæ l.si quis, C.de decurion. Et si possent declinari, sequeretur absurdum, nam esset in arbitrio hominis priuati ius publicum sequi, vel non sequi. Sed plura obstant.

Obst. primo, dum dictum est, omnem excusationem sua Ob.1.

niti

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

niti ęquitate, nam videtur excusatio contra æquitatē, quæ vult commoda eum sequi, quem sequuntur incommoda l. secundum naturam de regu. iur. sed ad commoda Reipu. admittuntur, ciues, ergo ad onera.

Responde, quoties quis ad honores Reip. vocatur habentes admista incommoda, tūc ex dicta regula nulla datur excusatio, l. 2. ff. de vacat. muner. &c.

Sed hic potest ad onus tutelæ ciuis, aut extraneus vocari, & nullum ex eo emolumentum percipere, ideò cogitur subire, sed æquitas patitur, vt legitima causa obtenta, excusatio admittatur.

Ob. 2 Obstat secundo l. quò tutela 74. de reg. iur. vbi quò tutela, ibi hæreditas. Sicuti igitur ad hæreditatē vocantur proximiores, ita necessarium est eos subire tutelam; alioqui regula non viget.

Responde, illam regulam respicere duntaxat agnatos, & cognatos, qui cum vocentur ad hæreditatē intestatam pupillorum per consequens vocati censentur ad tutelam; nullum verbum de necessitate, vel de excusatione. Diximus nos in primo capite huius tit.

Obstat tertio, dum dictum *Ob. 3.* est, tutelam esse munus publicum l. 8. §. tutela, ff. de excus. tut. &c. vbi negatur tutelam esse munus Reipub. ibi tutela non est Reip. munus, &c.

Responde intuitu causę efficientis, & ratione necessitatis, quia inuitis imponitur publica auctoritate, dici munus publicum; alio respectu dicitur priuatū ratione finis, quia ad priuatam pupilli accōmodatur vtilitatem. Cuiac. tamē putat esse adulterina verba. Sed contra Cuiac. sentētiam sunt, qui discrimen ponāt inter munus publicum, & munus Reipub. Ciuile, & publicum idem sunt l. 2. de reg. iur. Sed ab his distat munus Reipubli. quod principaliter ad vtilitatem spectet Reipub. vt publica cura, publica defensio, &c. Ciuilia autem sunt esse principaliter de re familiari, & priuata, vt in priore responsione dicebamus, & huiusmodi est tutela, sed per cōsequentias pertinet ad R. P. vt dictum est.

Obstat quarto l. spadonem *Ob. 4* 17. §. qui accepit, ff. eodem de excusat. &c. vbi Modest. ait

accepta immunitate ciuilium, & publicorum munerum non contineri immunitatem tutelæ, ergo tutela non est munus publicum, aut ciuile, &c.

Respondet gl. in princ. tit. nostri, nõ cõtineri fauore pupillorum. Tu clarius dic, generi per speciem derogatur l. generi de reg. iur. Meritò impetrata generali immunitate à munerib. publicis, non continetur tutela, quãuis sit munus publicum l. non tantum 20. §. eos, ff. eod. tit. de excus. habet enim rationem specialitatis, quia principaliter spectat ad priuatam vtilitatem. Ideò non est incongruum, tutelã respectu generis dici munus publicum, in specie verò habere exceptionem.

Qui sint modi excusationum. *Cap. III.*

Obserua. DIfferunt excusationum modi, *intuitu loci personarum, & negociorum*, vt ex princ. tit. nostri in calcem vsque colligere est.

Intuitu loci: Nam Romæ tres liberi vacationem à tutela prȩstant. In Italia quatuor; In Prouincijs quinque, vt in *Princ. tit.* princ. tit. quo declaratur, qui filij prosint. Nõ adoptiui, non mortui nisi in acie, nã vt Tull. ait offic. 1. censentur magis per gloriam viuere, qui pro R. P. ceciderunt, consonat l. vlt. ff. de vac. mun. & cæt. & l. bello 18. ff. de excusat. tutor. &c. Nepotes quoque ex filio, qui in locum patris sui succedunt prosunt, nam gradũ suitatis quærunt, & sunt in potestate aui, ac si filij fuissent, §. ita demum infra de hæredit. quæ ab intestat. Igitur prima excusatio est intuitu loci, nam Romæ, idest in Romana Ciuitate; extensa eius appellatione vsque ad centesimum lapidem, tres filij vacationem præstant. Ita interpretatur gl. in princ. tit. nostri per tex. in l. 1. §. cum vrbem, ff. de offic. præt.

Obstat primo. Aldobrandinus inquiens, vrbis appellationem extendi, non Romȩ, idque ea ratione, quòd Principum beneficia sint latè accipienda l. vlt. ff. de constitut. Princ. Sed in materia pupillorum nõ esse talem interpretationem admittendam, nam subtraheretur. commoditati pupillorum. Igitur falsum est dicere tres liberos vacationẽ præstare à tutela Romæ, idest *Obs 1.*

in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

in vrbe Romana extensa ad centesimum lapidem.

Respõde, & tuere glossam adhibito temperamento. In hoc enim ab Aldobrandini dictis descisco aientis vrbis appellationem latius porrigi, quàm Romæ, quod durum est.

Defenditur Glossa contra Aldobrand. Nam si Carolo Sigonio libro 1. de antiq. iur. Ro. Calcagn. l. 2. ff. de verb. significatione, & innumeris vetustioribus per præfatos allegatis, vt in hisce rebus peritissimis l. 7. mense, ff. de stat. ho. certè contra sententiam Aldobrandini cõtra veteres vrbem Romam mænium ambitu semper circumscripsisse, quantum scilicet aratro fuerat designatum, quod omne pomærio continebatur. Secus autem nomen Romæ accepere. Nam in vrbe sunt, qui intra mænia versantur; Romæ, qui in suburbanis, & continentibus ædificijs agunt. Cum, itaque tribuni, quibus non licebat ab vrbe diem integram abesse, ante mediam noctem in suburbana appulerãt, nec tamen intra mænia se contulerant, legi factam fraudem existimabant, quòd Romæ, nõ etiam in vrbe fuerant. Quin, & comitia cõturiata, quæ in Campo Martio cogebãtur, non in vrbe, sed Romæ haberi dicebantur, quòd intra vrbẽ procinctum exercitum esse non licebat. Quibus liquidò constat ex glossæ sententia contra Aldobrand. Romę appellationem extendi non vrbis. Sed in hoc paulùm molliendum dictum glossę aientis appellationem Romæ extendi ad centesimum lapidem, nam constat, non extendi, nisi ad suburbana, & continentia ædificia.

Hactenus de excusatione intuitu loci.

Intuitu verò personæ excusatur quispiam, si sit maior septuaginta annis §. itẽ maior hoc tit. *§. item maior cũ pluribus. §§.* Si sit pauper, ac infirmus, §. sed, & propter cũ seq. Si illiteratus §. similiter.

Si inimicus §. si propter, cũ §. inimicitiæ.

Ob. 1. Obstat primo, de maiore 70. annis l. 1. §. vlt. ff. de vaca. mun. &c. vbi septuagesimum quintum annũ agat quispiam, & tres liberos habeat, attamẽ propter hasce causas à muneribus ciuilibus non liberatur. Tutela autem est munus ciuile, vt iam dictum est, & ibi sentit gl. ergo, &c.

Ob-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

Ob. 2. Obstat secũdo contra hoc ipsum l.vlt.C.qui ætate libro 10. vbi quintus supra quinquagesimum annum præbet à munere personali vacationẽ. At tutela munus est personale, vt supra firmatum est per l. vlt. C.de mun. & hon. Igitur falsum est dum dicitur, septuagenarios excusari ab hoc munere.

Nota. Antequam soluas nota tyro, multiplices reperiri in iure titulos de excusat. de vacatio. de his.qui ætate, qui morbo, qui numero filiorum se excusant. De vacat.munc. & hon. de iure immunit. Qui omnes tituli peculiare, aliquid agũt. Non sunt igitur commiscendi inter se se; ideò animaduerte, & si tutela munus sit personale, non tamen æquè propriè, ac alia munera personalia, de quib.in titulo de muner.& hon. Omne munus publicum personale est, quod corporibus labore, cum sollicitudine animi, ac vigilantia principaliter existit, vt sunt ea, quæ recensentur in l. 1. & vlt.ff. de muner. & hon.quæ, & auctoritate, & vtilitate sunt publica. Tutela verò est munus ciuile publicum, & personale, vt in d.l. 1. & vlt. & ibi glos. & Dd. Sed non vtilitate, tamen auctoritate; quia est auctoritas inducta publico iure. Quo firmo retento non obstant contraria.

Ad primum responde, nõ loqui de munere tutelæ, sed de muneribus alijs personalibus habentibus admista, alia maiora onera, vt deducitur ex superioribus.

Ad secundum responde, in alijs muneribus personalibus magis propriè sufficere quintum supra quinquagesimum annũ ad excusationem: secus in tutela, in qua septuaginta exacti desiderantur pro excusatione non pauciores, fauore pupillorum, quib. senilem prudentiam præesse decet. Igitur excusationes aliorum munerum, quamquam personaliũ licèt mitiores excusationibus tutelaribus nullium faciunt huic titulo negotium, qui suis nititur particularibus excusationibus.

Quoad paupertatem obstat.

Obst. inquam tex.in l.spadonem 18.§.vlt.ff. eodem de excus. &c. vbi tutor pauper præsumitur tutelam affectasse, not. ẽt ibi Bart. Igitur non vtetur excusatione, §. itẽ tria Ob. 3.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

onera hoc tit. glo.in l.2.§.vlt. ff.si quis caut.l.15.§.interdũ, ff.eod.nam,qui expetit, & affectat non se excusat d. iurib.

§.item propter paupertatem. Nota. Respõde,& aduerte, aliud esse excusationem ob paupertatem,aliud præsumptionem contra paupertatem.Si quærimus de præsumptione; variè pro negociorum varietate responsum est, vt not.Bar.in tit. sup.quib.ex caus.man. non licet n.5.aliàs præsumi pro paupere ,aliàs non ; Ita loquitur tex.in l. spadonem §. vlt.nã si reperitur tutor factus modici patrimonij, præsumitur affectasse tutelam, & ideò si errat magis coercẽdus est.Nos autem cum Imp.in §.itẽ propter paupertatem loquimur de eo qui obtentu paupertatis vult se se eximere ab onere tutelari, eo quia se imparẽ fatetur, & hæc excusatio admittitur, vt not. passim interpretes. Cætera plana sunt.

Restat de excusationib.intuitu negociorum.

Quemadmodũ multa sunt negocia,multę quoq;sunt excusationum species,& in hoc

Summatim §§. plures. plures §§.explicantur.

Administrator rerũ fiscalium §. item D. Marcus, hoc tit. Absens causa Reipubl.§. item Reipu. hoc titulo.

Publicam habens potestatem §. & qui potestatẽ, si quis lite vexet pupillum,vel adultum §.item propter litem.

Qui status controuersiam passus est à patre pupilli, §. itẽ is,&c. Professores literarum, &c.Romæ,& in patria §.item Romæ,&cæt.qui vniuersi §§. promiscuè per institutionum Architectos ponuntur, cũ superiorib. & à nobis in tyronũ gratiam in sua capita discreti in præsentem veniunt inspectionem. Quibus singillatim breuitatis gratia non obijcio, ex forma instituti,dũtaxat vni cum propono textum, ne videar oblitus ordinis ꝓpositi.

Obst. cõtra illud quod dicitur in §.& qui potestatẽ,vbi gerentes magistratum(in hoc sensu accipitur potestas l. potestatis 215.de verb.sig.) excusantur. Obstat inquam tex. in l.propter magistratũ 26.ff. de excus.tut.vbi Paul. respondit, ea causa non dari excusationem à tutela. Ob.

Responde in d.l.agi de eo, qui ob magistratũ, quem non dũ gessit,sed erat gesturus, se se excusare nitebatur. Imper. autem loquitur de eo, qui in actu gerit.

Quod

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

Quod tempus detur excusationibus. Cap. IV.

§. qui autem hoc tit. DE hoc capite loquitur Imp. in §. qui autẽ excusare hoc tit. nostro. In quo verba facit de modo excusandi, & de tempore; Quæ si simul colligantur respiciunt tẽpus excusationis cum modo, & lege. Quoad modum ait Imperator. Eum, qui vult se excusare, non cogi appellare, sed posse etiam sine appellatione causam excusationis, apud competentem iudicem allegare. Quare Cuiac. libro 9. obser. cap. 35. & cum eo solertissimi quidam not. distare hoc munus ab alijs. Nam ascitus ad aliquam munus nisi statim appellet, exin non poterit vllam aliam excusationem proferre l. 4. C. de appellat. & l. 2. C. de decur. Illa verò verba in text. d. §. qui autẽ se excusare, *non appellant*, accipienda sunt pro non coguntur, non adiguntur, licèt si velint possint, quamuis frustra id; & ita obseru. conciliari diuersa iura, quæ alioqui pugnarent, vt hic locus, & l. 1. §. 1. ff. quand. appellat. sit, cum l. cum in vna 17. §. 1. ff. de appellat. l. tutores 18. C. eod. cum similibus. Nota.

Quo ad tẽpus intra quod, quis se excusare potest, est quinquaginta dierum, à die cognitionis numerandorum, idest ab eo die quo quis cognouerit se tutorem, seu curatorem datum. Concord. l. 6. & l. tutor licet 19. C. de adm. tut. vel cur.

Obstat primo, l. scire oportet, 15. §. aliud etiam, ff. eod. vbi qui se excusat habet pro viginti milliaribus vnã diem, & vltra triginta. Ob. 1.

Responde, tex. nostrũ cum consonantibus iuribus in hũc modum accipi. Aut tutor, vel curator habitat infra centesimum lapidem, & dantur ei 50. dies, aut habitat vltra, & tunc singulis numeris viginti lapidum adijcitur vna dies, & vltra triginta, & tũc si omnes à lege computati quinquagesimum numerũ non impleant supplentur à lege. Si verò exuberant reuocantur ad pręscriptum quinquagesimum numerũ. Meritò in hoc standum locorum interuallis.

Obstat secundo l. quinquaginta 41. ff. eodem, vbi dantur quatuor menses. Ob. 2.

Responde, quinquaginta

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

dierum spaciũ dari ad contestãdas excusationem causas: sed pro absoluendo negocio ex die nominationis continui quatuor menses constituũtur. En habes huiusce tituli substantiam ad quatuor capita redactam; Definitionem, rationem, modum, & tempus, &cæt.

Tit. 26

IN TITVLVM XXVI. DE SVSPECTIS TVT. VEL CVRAT.

NOuissimũ, quod restabat tutoribus, & curatoribus cõmune erat suspecti crimen, quo vtriq; à tutela remouentur, vel cura. Cuius quidẽ tituli, vt proprius attingamus substantiã videamus.

Cap. 1. Quid sit suspecti crimen.

Cap. 2. Quæ sint causę suspicionum.

Cap. 3. Qui postulẽtur, qui postulent, & apud quos.

Quid sit suspecti crimen. Cap. 1.

DIco, esse actionem pęnè publicam ex lege 12. tab. ad remouendos tutores, & curatores, qui non ex fide administrant. Elicio hanc descriptionem ex §. 1. & §. suspectus, & §. vlt. hoc tit. & ex l. 1. §. consequens, ff. eod. l. 1. §. suspecti, ff. ad Turpil. cum similibus.

Dicitur *crimen* pro iudicio, quod nouum non est, vt not. interpretes in princip. tit. nostri l. si cui crimen, ff. de accusat. Theophilus hic, & alij scribentes.

Dicitur *actio pænè publica* per §. consequens hoc tit. l. 1. §. consequens, ff. eodem, nam omnibus patet hæc accusatio, & in hoc est similis publicis iudicijs, §. publica infra de public. iudic. Distat tamen à verè publicis iudicijs, quemadmodum tutela,

& cura distant à rebus verè ad Rempub. pertinentibus. Ideò in hoc iudicio accusator non incidit in Turpilianum l. 1. §. suspecti ad Turpil. sicuti in priuatis delictis l. vlt. ff. de priu. delic. vt ex obiectorum resolutione constabit.

Princ. tit. Dicitur *ex lege 12. tab.* ex princ. tit. nostri l. 1. ff. eodem, Cic. lib. 3. offic. Dolus in iudicio tutelæ lege 12. tabularum vindicatur.

Ob. 1. Obstat primo, l. 3. §. prętere a, ff. eod. vbi tutor suspectus remouetur arbitrio iudicis, ergo non datur accusatio.

Respõde; aut instituitur iudicium, aut non, primo casu sine accusatione non peragitur, secundo, vt tex. in d. §. prętereà aperit fauore pupillorum inductum est, vt etiam iudex, cui constat dolus tutoris, vel curatoris, possit eos repellere.

Ob. 2. Obstat secũdo: Vel est publica, vel non huiusmodi accusatio. Si publica sequetur naturam in totũ publicorum iudiciorum; Si non, non erit, tam fusa, vt in d. §. consequẽs igitur, non omnibus patebit, sed potius dicetur actio ciuilis.

Responde, posse dari hanc temperiẽ à lege, cum hac nota improprietatis, pęnè, fauore pupillorum, & in odiũ pessimi tutoris, & curatoris. Ideò lex fecit publicam accusationem hãc, sed dixit, pęnè, quia in quibusdam similis est publicis iudicijs, in quibusdam dissimilis.

Similis primo, quia pupillorum causa est causa Reipu. Illi enim est curæ salus pupillorum. Publicæ autem causæ sunt quibus iniuriam Reipu. factam persequimur.

Secundo, quia patet omnibus, vt in publicis fit.

Tertio, sicuti publica iudicia in publico foro agebãtur; ita hæc accusatio pro tribunali exercetur l. 1. §. suspecti ad Turpil.

Dissimilis verò primo; quia publica iudicia à quæsitorib. rerum capitalium, vel à populo ipso exerceri solebant; hæc cognitio à rerum priuatarum magistratibus, hoc est, qui de re pecuniaria ius dicebant exercebatur.

Secundo, qui hoc iudicium intendit principaliter agit, vt suspectus, remoueatur, nõ vt puniatur; quare in crimen se non subscribit, nec incidit in

Tur-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

Turpilianũ, vt supra dictum est. Si quando autem grauius in tutores, vel curatores animaduertitur; hoc fit potius iudicis arbitrio, quàm vi accusationis l. 1. §. item solent, ff. de offic. præfec. vrb.

Quæ sint causæ suspicionum. *Cap. II.*

§. *suspectus autem.* CAusas suspicionum innuit Imper. in §. 3. hoc nostro tit. vbi ait suspectus autem est, qui non ex fide tutelam gerit, licèt soluendo sit, tex. est in l. 3. §. nũc videamus ff. eod. Ideò suspectus est ex mala fide, & malis moribus, non enim diuitiæ, vel paupertas suspectum faciũt, sed mali mores, vt ait Imp. in §. vltimo hoc nostro tit. Consonat l. 6. C. eo. vbi non vires patrimonij principaliter, sed an nihil segniter, nihil fraudulenter geratur perpenditur.

Ne autem fortè quispiam existimet, parem semper esse pęnam in huiusmodi accusatione; Imperator in §. suspectus autẽ remotus distinguit (§. *suspectus autẽ remotus.*) inter dolum, & culpam l. 3. §. nunc videamus, & §. vlt. hoc tit. Nam si ob dolum notatur infamia: Si ob culpam, idest segnitiem, seu rusticitatem, siue etiam latam culpam accipias, quæ proxima est dolo, detracto tantum nomine, infamiæ notam non incurrit, vt not. Dd. in §. suspectus autem hoc tit. (§. *suspectus autẽ.*) Vbicumque enim doli verbum, seu appellatio detrahitur, ibi quamuis effectus doli reperiatur, attamen infamia non est l. non debet 12. ff. de dol. mal. Sunt autem causæ euidentes suspicionis si tutor copiam sui non faciat, vt præstentur pupillo alimenta, §. si quis tutor hoc tit. nam tutore præsente decernẽda sunt (§. *si quis tutor.*) l. 2. C. de alim. præst. l. 3. ff. vbi pup. educ. deb. l. impuberib. 7. ff. eod. de suspec. Licèt distinguatur inter præsentem, & absentem tutorem. Absens remouetur nulla alia pœna ei irrogata, pręsens verò, & mẽtiens coercitus remouetur. Sicuti punitur ille, qui precio tutelam redemerit, vt in d. §. l. 3. §. tutor, ff. eod. idest per ambitũ, & malas artes ad tutelæ administrationem irrepserit. Velut Cuiac. not. qui data pecunia officialibus, & ministris prętoris per quos fit inquisitio d. l. 3. §. tutor.

Satisdatio autem non est (§. *vlt.*) tanti, vt tutoris, vel curatoris per-

perfidiam redimat. Tutius remouere vulnus, quam relinquere, & quærere remedium l. vlt. C. in quib. caus. in integ. &c. In liberto autem fraus seuerius vendicatur, quo atrocius est delictũ in eo, qui immemor liberalitatis immensę patroni infidus est in eos, qui futuri erant patroni, si manu missus nõ fuisset, ideò grauissimè coercetur §. Libertus, & §. nouissimè hoc tit.

Ob. Obst. dum dictum est, tutores, & curatores ob dolum remotos notari infamia, non etiam ob latam culpam, obst. inquam auctoritas Tullij pro Qu. Rosc. Scribentis, procuratorem in mandato ob latam culpam fieri infamem. Tutela autem hac in re mandato, & societati æquiparatur Cic. dicto loco confirmatur ex l. tutor 7. §. competet, ff. de admin. tut. &c.

Responde, tutorẽ in actione tutelæ teneri, non tam de leui, quã de lata culpa l. contractus 24. ff. de reg. iu. Secus in crimine suspecti, vt not. comm. scribentes, in dicto §. suspectus.

Qui postulentur, qui postulent, & apud quos.
Cap. III.

OMnes (inquit Imp.) tutores possunt fieri suspecti, §. & omnes hoc tit. l. 1. §. 3. hoc tit. §. & omnes.

Omnes ferè possunt postulare, vt in §. cõsequens hoc tit. ex ratione in tex. posita, quia quasi publica huiusmodi actio est l. 1. §. consequens l. 3. §. 1. ff. hoc tit. Impubes tãtum non admittitur, adhoc iudicium contra tutorem suũ, ratio est, quia pupillus non habet legitimam personã standi in iudicio, tum etiam ob reuerentiam, quam prestare debet pupillus Tutori suo. Ideò nec minor, sine consilio necessariorum suorum curatorem suum suspectum postulat l. 2. & l. 7. C. eod. §. consequẽs.

Postulatur autem Romæ, apud Pretorem, in Prouincijs apud præsidem, & legatum Proconsulis §. 1. hoc tit. l. 1. §. damus hoc tit. l. 1. §. suspecti, ff. ad Senatuscons. Turpi. cum similibus. §. 1. hoc tit.

Obst. primo, dum dicitur, impuberem non posse postulare, &c. obstat doctrina Bar.

in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

in l.3.vbi etiam gloſ. C.de in integ.reſt. qua probatũ facit, minorem habentem curatorem æquiparari pupillo. Sed minor poteſt, vt iam dictum eſt cum conſilio neceſſariorum ergo, &c.

Reſponde, ex mente ipſius Bart. æquiparari in actib. inter viuos, non in actibus morientium. Et in actibus inter viuos excipi eos, in quib. firmitas iudicij deſideratur, nam minores legitimam habent ſtandi in iudicio perſonam, §. vlt. ſup. ex quib. cauſ. man. nõ lic. & intelligunt, quid agant, maximè propinquorum conſilio adhibito l. pietatis 6. C. eod. pupilli autem è conuerſo, qui nec tutore auctore accuſare ſolent l. qui accuſare 8. ff. de accuſat. quia non intelligũt, & hæc eſt quaſi accuſatio l.1.§. ſuſpecti, ff. ad Turpil.

Obſtat ſecundo, dum dictum eſt ſuſpectos poſſe poſtulari in Prouincijs apud Præſidem, & Legatum Proconſulis obſt. l. 1. §. ſuſpecti, ff. ad Turpil. Legatus enim non habet tribunal. Ob. 2.

Reſponde, hoc fauore pupillorum inductum fuiſſe *l.* cognitio 4. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdictio, &c.

Laus Deo, & Deiparæ ſemper Virgini.

Finis Primi Libri.

INSTITVTIO LEGALIVM QVÆSTIONVM DISPONENDARVM, QVA FACILE TERMINI, SVPPOSITA, ET PVNCTA INNOTESCVNT.

Opus sanè in Academijs versanti necessarium.

AVCTORE IOANNE VISCONTE IVRISCONSVLTO PISTORIENSE;
In Almo Pisano Lyceo iuris ciuilis professore,
& Diui Stephani æquite.

Præfatio Tyronibus.



INgenua iuuentus, quæ legalem terris puluerem, si tibi vna cordi est bonus exitus, bona victoria, imbue te breuibus hisce præceptis, quibus eris ad disceptandum instructior, & paratior ad vincendum. Hactenus in literario nostro certamine sors rexit pugnam, nũc ars, & prudentia dominetur. Prisco æuo, ita musicum, ita oratorium munus tractabatur. Ars, deinde filia laboris, & solertiæ docuit modum. Omnis disciplina, nostra memoria, suum habet septum, intra quod se teneat: mirum, si quæstio adhuc impunè vagatur. Dicet

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

quiſpiam, & quæ ſunt inuenta dialetices? nonne ijs diſſerendi panduntur artes? Non inficior, ſed qua diſputatio, non qua quæſtio per terminos, ſuppoſita, & puncta internoſcitur. Hoc vnum reſtabat opus intentatum. Primi duces ad hoc iter ſumus. Si noſtra inſtitutio tibi aliquantulum conducet Deo, & Deiparæ reſer acceptum, & promoue in bonis literis, vt præcor, & voueo.



IN SEQVENTIBVS HÆC CONTINENTVR.

Item Quæstiones infrapositæ Iuxta Methodum legalis institutionis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

INSTITVTIONIS LEGALIVM QVÆSTIONVM DISPONENDARVM.



Quid sit quæstio. *Cap. I.*



OMnis res, cuius est disciplina primo, quid sit quæritur. Institutionẽ quęstionis tradituro par igitur fuit proponere, quid quæstio sit.

Quæst. in genere quid

Quæstio autem in genere dicitur appetitio cognitionis. Vnusquisque enim, qui de aliquo quærit cognitionem ipsius desiderat.

Quæst. in specie.

Cæterùm in specie. Quando quæritur, vtrum iustitia sit constans; vtrum scriptura sit de substantia legis, &c. tunc quæstio ea est, quæ ex affirmatione, & negatione nascitur. Exemplo vtamur.

Quæritur vtrum iustitia sit constans, necne, necesse ad hoc nascatur quæstio duos reperiri, quorum alter affirmet, alter neget.

Illa intentio, hæc depulsio nuncupatur, & ex hac affirmatione, & negatione, quæ alioqui causæ conflictio dicitur, quæstio, seu status nascitur, seu dubitatio, quòd in eo primus causæ congressus stet; dubiteturque, nec appareat resolutio. Igitur quęstio in subiecto, de quo quæritur considerata est, quæ nascitur à simplici affirmatione, & negatione. Quoties autem à partibus ratio affirmationis, & negationis depromitur; tunc cum suppetat disputationis, & decisionis materies, non amplius quæstio, seu status, seu dubitatio, sed disceptatio appellatur.

Disceptatio quid.

Exemplo. Quęritur vtrum iustitia sit constans, nec ne. In primis opportet quæstionem

nem nasci. Igitur sunt duo viri effingendi, quorum alter affirmet, neget alter; ille officio actoris; hic rei fungatur. Actori semper datur intentio, quia semper petit.

Igitur dicet Titius. Iustitia est constans, Seius rei partes sustinens depellit, & ait non est constans. Ex hac intentione, & depulsione oritur quæstio, seu status; at disputatio haberi non potest, ni prius Seius, qui negauit, & depulit rationẽ depulsionis aperiat, & dicat, non est constans; *quia in subiecto hominis inconstantis*, deinde Titius actor veluti replicatione quadam firmet intentionem suam ita; *sed est constans, quia ea, quæ sunt in mortalium mente sunt constantia*. Ex huiusmodi rationum conflictione nascitur disceptatio, idest quæstio magis absoluta habens disceptandi, & resoluendi pabulum, vtrum sit iustitia constans nec ne, &c.

Prima igitur quæstio in prima causæ constitutione delitescens, ab affirmatione, & negatione semina trahens nimis diffusa est, nullaque ex ea fit copia disputandi. Secunda verò in angustum deducit rem totam, vt alatur inde pro resolutione iudicium: nam à rationibus hinc inde prolatis à partibus deriuatur. Sed accipe exemplum huius rei solidum, quomodo videlicet causæ plena fiat constitutio, nam in calce plura quęstionum exempla ad hanc legem efficcarum proponam. In primis monitos volo Tyrones, vt memoria custodiant hęc elementa, & eorum vim.

I. intentionem significat, D. depulsionem; Q. quæstionẽ, R. rationem. F. firmamentum, D. disceptationẽ. Nam ita res se se habet, vt in primis actor intentionem suam proponat, deinde reus depellat, hinc oritur quæstio, postmodum reus rationem addat; subsequatur firmamentum actoris, vt tandem disceptetur, & resoluatur. Exemplum igitur sit. Proponitur hæc facti species.

Quidam occupauit feram persequendo, & apprehendit; deinde effugit, & in alterius manus incidit, quęritur cuius sit fera. In hac quæstione non est nosse caput, si hinc inde rationes, & argumenta congerantur, sed magis in aper-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

tum res veniet, si in hunc modum fingatur exemplum controuersiæ. Venator feram occupauerat, eamque secum viuam asportabat, fortè aufugit, & in manus alterius incidit. Finge hunc, in cuius manus incidit, esse actorem, & venatorem reum. I. fera mea est. D. imò mea.

Facti species.

Quęstio cuius sit. R. feræ namque omnes primi sunt occupantis. F. at ego primus sum occupator, aufugerat enim, & naturali libertate recepta iterum in manus meas incidit, & eam apprehendi. D. disceptatio oritur ân is cuius è manibus fera effugit dicatur tamen occupator. Ad hoc institutum cum quæstio redigitur, magis in apertum venit veritas, & disceptationis origo, quam si dicatur. Papinianus ita ait. Diuersus est Paulus. Iustinianus contra.

Sed magis nostri instituti methodus apparebit, cum de suppositis, & puncto disseremus.

A quibus fontibus nascatur Disceptatio. Cap. II.

CVm essentia disceptationis sit iam exposita, sequitur nudatio ipsius ortus, & quidem omnis quæstio, seu disceptatio, aut in mente, aut in scriptis existit. Si in mente, aut à coniectura, aut à finitione, aut à qualitate. Cic. in Topic. & in partit. Quintil. libr. 3. capit. 6. Francis. Conn. comm. iuris ciuil. libr. 1. capit. 1. Nam aut quæritur sit, ne aliquid puta, si ius sit in opinione, an sit Centaurus, &c. & disceptatio in coniectura posita est.

Quæst. in mēte à quib. oritur fontib.

Quæst. an sit est cōiecturalis.

Coniecturæ verò à causis efficientibus, & consequentibus, tum ab adiunctis, & similibus, eorumque contrarijs ortum rei scrutantur.

Aut quæritur, quid sit, puta, quid sit Iustitia, quid ius, quid tutela, testamentum &c. & pendet à definitione substantiam rei significante.

Quæst. quid sit est definitionis.

Aut quæritur quale sit cum de honestate, & vtilitate disseritur puta, vtrum sit honestum pro amico mētiri,

Quęst. qualitatis est in partibus, & qualitatib.

titi, num vtile sapienti negociari, & residet hæc quęstio in partibus, & qualitatibus rei, quæ, aut habet partes absolutas, aut assumptiuas. Absoluta pars est, cum id ipsum, quod factum est, vt aliud nihil foris assumatur, rectè actum esse dicimus. Ea est huiusmodi. Pater filium verberauit, is iniuriarum cum Patre agit; Pater nihil aliud defendit nisi licere filium à Patre verberari. Assumptiua est cum aliud necessario foris assumitur, vt iure factum esse aliquid confirmemus, vt Milo damnetur nisi foris assumat à Clodio sibi esse factas insidias. Nec dicatur quispiam hoc esse rhetorum præceptum; nam institutioni nostræ hæc omnia valde conducunt, vt infra apparebit.

Ex hisce tribus nascitur disceptatio eius rei, quæ residet in mente.

Cæterùm si agimus de re cuius est disciplina, & scriptura, tunc à quatuor fontibus quæstio in scriptis deriuatur, vt Cicer. libr. 1. de Inuent. ait.

1 *Aut ab ambiguitate.*

2 *Aut à discrepantia scripti, & voluntatis.*

3 *Aut à scripturis contrarijs.*

4 *Aut à ratiocinatione.*

Omnis quæstio, quæ in scriptis existit non potest, nisi ab ijs ortum ducere. Frequentius autem legales nostræ contentiones in scriptis existunt; quare ab vno enumeratorum semina ducunt.

Ambiguum est quoties de vero sensu verbi ambigitur, quod in vtramuis disceptatorum sententiam pariter inclinet; disputaturque num æquius ex differentibus sententijs illam, vel illam accipi, vt quoties litigant Interpretes, an verbum lego importet legatum, seu fideicommissum, vel institutionem; vtrum pollicitatio facta præsenti, & tacenti sit pactum, vel pollicitatio &c. certè ambigua hæc sunt, quia vtrumque possunt significare, disceptatur quid æquius, quid solemnius.

Discrepantia scripti, & voluntatis est, quoties quis inspecta littera, & legis sanctione puniendus est, sed mens repugnat; disputaturque pluris ne verba, vel minoris sint facienda, vt in capite quinto exempla dilu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

cidius aperientur.

Scripturæ contrariæ ſunt quoties ſcriptum ſcripto opponitur, & diſputatur, vtram legem ſequi ſit iuſtius.

Ratiocinatio demum eſt, quando lex non reperitur, quæ caſum exprimat, vel comprehendat, & ſimilis exiſtat; tunc diſputatur oporteat ne caſum ſimilem lege expreſſum ad factum, quod venit ſine lege iudicium accommodare.

Horum omnium exempla, vt dixi infra legentur.

De Terminis. Cap. III.

EXplicato, quid quæſtiò ſit in genere, & in ſpecie, & à quibus naſcatur fontibus: Tempus monet, vt nudemus iuris ſtudioſis, quomodo hæc, quæ dicta ſunt quæſtionibus iuris conſultorum diſponendis conducant. Conducere autem apparebit, ſi omnia, quæ ſcitu ſunt neceſſaria ex ſupradictis proficiſci apparebit.

Tria autem ſunt ſcitu neceſſaria in omni quæſtione; Termini; Suppoſita, & puncta. Quæ qualia ſint ſuis locis proponetur. Nunc iuuat à terminis initiari; qui nihil aliud ſunt, quam cognitio materiæ, de qua agitur. Turpe enim eſt, diſſerere vtrum fęra occupata; deinde elapſa è manibus ſit prioris occupatoris nec ne, niſi planum fiat, naturam færarum eſſe, vt ſint occupatoris, ſed quouſque eius cuſtodia detinentur, & ſimilia, quæ ex cauſæ conſtitutione liqueſcunt, vt in ſupra poſita facti ſpecie videre eſt, & in mox explicandis quæſtionibus ex forma inſtituti noſtri. Sicuti enim Magnus Accurſius, dum materiam legis vult clarè pœnè ſub aſpectum ſtudioſorum ponere, facti ſpeciem confingit, ita ex hac magis abſoluta cauſæ conſtitutione perfectè, magis termini inſinuantur Tyronibus.

Meritò quidam ex VItramontanis Interpretibus clariſſimi in paragraphorum. Inſtitut. explicatione in hunc modum facti ſpeciem effinxere.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

De puncto. Cap. IV.

PVnctus nihil aliud est, quam cognitio natiuitatis quæstionis. Tenere punctum est callere semen, vnde quæstio sua deducit initia. Nam si quispiam intellexerit disceptationem oriri ab ambiguitate, subitò rimabitur ex differentibus sententijs vtram æquum sit accipi, & ita accipiet filum quæstionis, quem tenebit nec aberrabit, nec capietur inuolucris. Nam plerique, qui in puncti ignoratione versantur, si exempli gratia, quando oritur ab ambiguo; interpretantur verba, coaceruant rationes, quibus faueant illi, vel illi parti; hoc est toto aberrare Cœlo, est non nosse punctum. Nam quid ad me si verbum in vtramuis sententiam cadit, & ob id ambiguum; depromere rationes, quibus probatur in illam sententiam venire, vel illi accommodari? Nam rationes in scopum quæstionis non collimabunt; Sed si dicetur æquius, benignius est hanc sequi sententiam, licet de rigore verborum significet vtrumque, nam æquitas rigori præferenda, & similia, quibus pars contraria lacessitur; & necessitate circumuenitur, vt se tueatur, nisi velit dare manum. Sed dicet quispiam, qua lege cognitionem puncti nobis comparabimus? Habeo quod respondeam dupliciter. Vsu, & exercitatione hanc veritatem attingi. Cæterum ars quoque nostra viam sternet studioso Iuueni facilem, & amplam.

Finge tibi Quæstionem in subiecto supra proposito, nam vt facilitati studeamus curæ est non desciscere ab vno exemplo.

Quęrebatur. Vtrum fera occupata, & elapsa manus occupatoris in alium inciderit sit primi, vel secundi. Vt innotescat punctus positæ quæstionis, vestiganda est origo, quæ, vt appareat, duco necessarium initiantibus breuem moram facere in causis omnibus, à quibus proficiscitur omnis quæstio, ita vt propria se se prodat. Exemplo. Dicat Tyro Quæstio hęc non est coniecturalis, neque finitionis, aut qualitatis, non enim quęritur, an sit, quid sic, *Nota.*

aut

aut quale. Igitur erit quæstio, quæ in scriptis existit. In scriptis existens cum oriatur ex quatuor, non est ex scripturis contrarijs, quia non est lex, quæ dicat non esse primi, & aliam ex cuius ratione contrarium appareat. Nõ ex discrepantia scripti, & voluntatis, quia non est aliud scriptum, aliud mens legis. Nec ex ratiocinatione, quia non agimus de accõmodando facto legis, quæ non extet ad legem, quæ extet.

Igitur nascitur ab ambiguitate, nam cum in §. feræ Institut. de re diuis. dicatur feram esse primi occupatoris, qui prior occupauit inquit mea est; Deinde cum elapsa est è manibus, qui secundo occupauit, cum non sit amplius sub custodia primi est, ac si primò occupet, & inquit imò fera mea est.

Igitur disceptatio oritur à verbo occupare, quod ambiguum est. Et punctus erit noscere vtrum æquum sit ex differentibus sententijs accipi. Ideo Iustinianus in dicto §. respondet, equius esse occupatam feram dici ab eo, qui retinet sub sua custodia, & argumentatur à repugnantibus. Repugnat enim primum occupauisse feram, & liberè vagandi potestatem recepisse. Ideo in dicto §. feræ versicul. quicquid declarat ambiguum huius occupationis. Animaduerte autem, quam sit necessarium puncti cognitione potiri. Nam si alius, qui hac cognitione non ducatur velit, vel argumentari, vel decidere super hac occupatione, & congerat leges responsa, & rationes fera est primi occupantis, quia ita inquit Paulus I. C. quia non debuit frustra laborem impendere, quia primus vidit apprehendit, & similia. Hæc omnia ne tantillum mouent eum, qui callet quæstionis originem, nullumque negotium faciunt aduersario, neque decisioni quicquam faciunt.

De Suppositis. Cap. V.

SVpposita sunt, quæ supponuntur à partibus hinc inde disceptantibus. Semper enim quæstio nascitur ab affirmatione vnius, & negatione alterius, & disceptatio à ratione rei, & à firmamento

mento actoris, quæ sunt duæ rationes contrariæ, quibus suppositis, tertium est de quo disceptatur. Exemplum sit in suscepta casus figuratione §. feræ, vbi Actor habet intentionem. Hæc fera mea est; Respondeo, imò mea; quæstio vtrius sit. Respondeo feræ namque, omnes primi sunt occupantis, at ego prior occupaui; F. imò ego primus sum occupator, eam enim paulò ante prehenderam, & vix è manibus meis elapsa est. Hæc omnia, quæ dicta sunt non disputantur, sed suppositis hisce duobus, alterum occupasse primum feram, & elapsam è manibus, alterum deinde occupasse, & retinuisse; Disceptatio tunc oritur; an is cuius è manibus meis elapsa est. Hæc omnia, quæ dicta sunt non disputantur, sed suppositis hisce duobus alterum occupasse primum feram, & elapsam è manibus, alterum deinde occupasse, & retenuisse; Disceptatio tunc oritur, an is cuius è manibus fera effugijt, tamẽ eius dominus, adhuc per occupationem dici possit.

Supposita nil aliud q̃ ratio, et firmamentũ.

Igitur supposita in omni quæstione sunt duo, idest ratio rei, & firmamentum actoris. Et hoc, adeo verum est, quòd si tollatur vnum, vel alterum puta ratio rei non sit locus disceptationi, similiter si firmamentum actoris. Hæc duo supponenda sunt, si volumus disputationem habere. Hisce enim ratione, & firmamento alitur quæstio, quæ alioqui ex affirmatione, & negatione ieiuna erat, & potius status, & dubitatio dicebatur, vt in primo capite dictum est. Si igitur hæc duo sunt veluti disceptationis pabulum, si tollantur, non dabitur contentio. Ea propter turpè ducimus encyclijs, & disputationibus, tum priuatis, tum publicis inuehi in supposita. Exemplo quidam scolaris suscipit defensandum in proposita quæstione feram esse eius, qui occupauit, & detinet ex dicto §. feræ de rerum diuiso. Modo si alius argumentetur, ita. Feræ sunt eius, qui legitimè, & verè occupauit; at ille legitimè, & verè non occupauit; Igitur fera eius non est.

Hoc, vel simile argumentum est contra suppositum, nam si destruatur hoc, vtrumque legitimè occupasse, non erit quæstio cuius sit. Suppo-

nen-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

nendum enim est primum legitimè occupasse, sed feram elapsam, deinde alium legitimè occupasse, & retinuisse ferã; vnde hisce duobus suppositis, quæstio, & disceptatio est vtrum sit eius, qui occupauit, & è manibus suis elapsa est, vel eius, qui occupauit, & detinet.

Vtamur alio exemplo magis vulgari; hæc enim vera deprehenduntur in qualibet re, de qua volumus quæstionem formare.

Quæritur vtrum negociatio sit magis vtilis, quam honesta.

Debet poni ratio hinc inde cur hæc quæstio inoleuit.

Qui affirmat inquit. Lex ait, *Turpe lucrum, quod mendacio paratur, & vitæ discrimine*. Qui negat esse magis ait. Alia lex, inquit, *Honestè facit, qui opes inuehit in Rempublicam*. Positis igitur hisce legibus, quæ si coniungantur in hac facti specie disceptationem alunt. Disputatur, an ęquius sit priori, vel posteriori legi acquiescere.

Igitur duæ illæ leges contrariæ allatę pro rationibus diuersis ab actore, & reo erũt supposita.

Ideò animaduertat Tyro, omnes causas, à quibus deducitur, disceptatio esse geminas, vt iam dictum est. Nam, aut oritur ab ambiguo. Ambiguum autem est, quod hinc inde inclinat, aut à scripturis contrarijs, idest vna scriptura, & alia, aut à discrepantia scripti, & voluntatis, aut à ratiocinatione, idest à facto legis, quod extet, & legis, quod non extet.

Hæ geminæ causę sunt rationes, quibus vtitur actor, & reus, vt inde disceptatio oriatur.

Nam si ab ambiguo actor habebit ambiguum pro sua intentione, seu ratione, seu supposito, & reus similiter, & quęstio nascetur à duob. suppositis ambiguis. *Nota.*

Si à legibus cõtrarijs, actoris erit altera lex, rei altera, quæstio, seu disceptatio erit vtrum legem sequi, sit iustius.

Si à discrepantia scripti, & voluntatis, actor habebit puta voluntatem pro ratione, & suo supposito, reus scripturã, & ita disputabitur verba plus valeant, vel sententia.

Si à ratiocinatione actor habebit factũ sine lege. Reus le-

legemque puniat factum simile, & disputabitur, oporteat, ne legem similem ad factum, quod venit sine lege iudicium accommodare. Summa rei sit supposita in omni q̄stione esse necessaria, & reperiri duo, quæ sunt ea, quæ à partibus, seu ab actore, & reo supponuntur. Quæ elicere est à causis, vt iā dictum est, nam si ambigua causa est, hinc inde ambiguum supponendum est, &c.

Sunt tamen quędam quęstiones, quę licet suppositum habeant, tamē vel difficile internoscitur, & dū cognitum est potest impunè ab omnib. impugnari, vt in quęstionibus quib. quæritur, an sit, & quid sit, nam si quæritur, an sit ius, procedēdum ex coniecturis, & si vna coniectura admittitur, iam non potest quęri si ius est, si de prima inuentione loquimur. Nisi admittamus duas coniecturas contrarias, vel repugnantes pro suppositis, ex quib. resultet, si sit nec ne, vt cum quærit an sit iustitia, quid sit. Similiter in quęstione, quid sit nullum est certum suppositum, quia per definitiones progredimur. Quādo verò quęritur quale sit, tunc semper duo sunt supponenda, vt in reliquis quæstionibus, quæ in scripto existūt, nam Cic. libro 2. de orat. ait, quatuor controuersiarum genera, quę in scripto nascuntur semper in qualitatis statū cadere, quorum exempla iam proposita sunt. Animaduertat quoq; Tyro, quasdam reperiri quęstiones, in quibus, quædam supponuntur à Doctoribus, contra quę inuehi non licet, sed potius sunt termini quęstionis, quam supposita, vt in quęstione, quam mox proponemus; Vtrum capta in fundo alieno contra prohibitionem Domini sint capientis, necne. Supponendum ex mente Doctorū, fructus fundi non consistere in venatione. Sed, vt diximus potius est declaratio terminorum quęstionis, ideò in casus figuratione hoc potest aperiri. Nam re vera supposita petuntur à causis quæstionis, vt iam declaratum est.

Explicatis legibus disponendarum, dignoscendarūq; quæstionū. Stat modo nonnulla exempla in quibus prę-fatę leges seruatæ conspiciantur proponere, vt inde conijciant Tyrones, institutio-

nem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

nem nostram ferio quęstionibus conducere.

In omni causa vna saltem, vel duo quæstiones proponentur. Ideò spreto Titulorũ ordine, duntaxat eas conclusiones colligendas duximus, quæ vniuscuiusque causæ supra recensitæ rationem haberent.

Vna proponetur, quę mentis quæstiones sit, in qua causa non constituitur, punctus pendet à substantia, & supposita firma nulla sunt, quæ in disceptatione destrui nõ possint.

Proponetur à ratiocinatione à script. contrarijs, à discrepantia scripti, & voluntatis, & ab ambiguitate; Quæ sunt omnes causę, à quibus omnis quęstio dimanat.

Igitur absoluta theorica, pratice procedendum est, & per exempla.



QVAE-

QVÆSTIO MENTIS DISCVTITVR.

IVXTA METHODVM Institutionis.



Trum scriptura sit de substantia legis; Depromitur, hęc quęstio ex §. constat autem sup. de iur. nat. vbi Aret. num. 4. Dd. in rub. ff. de nou. oper. nunc. In omni quęstione expendenda ex ratione pręscripti nostri tria percipiēda sunt; Termini supposita, & puncta. Igitur à terminis ordiamur.

Termini. Deducitur terminorum cognitio planè à causę constitutione. Cęterùm, quia præsens quæstio mentis est; nam queritur quid sit, ideò cū non pendeat à scripto, sed duntaxat aperiat, quid sit lex scripta, termini ab ipsa disceptatione, & resolutione pēdent.

Supposita. Suppositum nullum necessarium reperitur, quia per definitiones progredimur, & si vnum, vel alterum admittatur, non fit locus disceptationi; potius igitur in quęstionibus mentis suppositum erit nullam reperiri absolutā perfectamque rei cognitionem in scriptis existentem, alioqui nullum iurgium. Quæstio namque rem dubiam, & non decisam supponit.

Punctus erit in inuęstigatione definitionis legis, similiter notationis, aç diuisionis, & nixus erit vtriusq; partis in pōderatione substantię legis. *pūctus.*

Doctores, vt fit in geminā seriem scinduntur. Asserunt plures necessariam esse scripturam. Salyc. in l. humanum, C. de legibus, quam communem dicit Bal. in d. l. numero 6. l. 1. vbi glos. & l. de quibus 32. ff. de legibus, Bald. in lege Gallus 29. §. item credēdum, ff. de liber. & posthum. Arch. in cap. lex est distinctione prima, Isid. li. 1. Aethymol. &c.

Primū fund. est in l. humanum, C. de leg. in verbo dictari, vbi glos. nam Imperatores formam legis condendę pręscribunt, & iubent dictari, seu scribi. *Affir. sententia.*

Re-

Respondetur, verbum dictari non accipi pro scribi l. dictantib. C. de testam.

Secundo respondet Bald. ponderando verbum, humanum; ergo, inquit non necessarium.

Secũdum fund. est in cap. lex est prima dist. vbi Archidiac. lex est constitutio scripta iustum pręcipiens, & contrarium prohibens 23. q. 4. cap. si ecclesia in fin.

Respondetur, hanc non esse definitionem deductam à substãtia legis, sed ab effectu, & à communiter accidentib. quia solemne est scriptis mandari leges, ob id necessarium non consequitur, ergo scriptura est necessaria ad omnes leges, nam si fit est accidens. Vel secundo.

Respon. dictum ibi esse lex est cõstitutio scripta; non quia scriptura sit de esse legis, sed ne confunderetur cõsuetudo cum lege. Nam cum consuetudo scriptis, non commẽdetur, & eius meminerit in sequenti, nimis obscurè loquutus esset Gratianus, si simpliciter dixisset; lex est cõstitutio.

Tertiũ fund. est in §. & non ineleganter inst. de iure nat. gent. & ci. quo loci ius scinditur in scriptũ, & nõ scriptum. Sed si luce clarius est, diuisiones desumi à substantia, non ab accidenti; exploratũ quoque erit, primam partem, idest, legem desiderare scripturam ad eius esse, ad hoc constet diuisio iuris, in scriptum, & non scriptum.

Resp. Iuriscõsultos nõ se se obstringere grãmaticorũ perceptionib. & quandoque, imò sępissimè diuisiones facere, vt clarius simpliciusque rem Tyronib. edisserant, quod liquet in partitione iuris naturalis, & iurisgentiũ, namq; ius scindi non posse omnib. est in confesso, verum diuiditur tẽpus, & ita ius diuiditur ad faciliorem captum. Nam diuisio, aut est substãtia in substantias, vt animalis in hominẽ, & bruta. Aut substantię in accidẽtia, vt animalium, aliud bipes, aliud quadrupes, aut accidentiũ in substantias, vt si volatilia diuidas in Aquilam, &c. aut accidentis in accidentia, vt eruditorũ, alius ex se doctus, alius ex præceptore.

Quartũ, si scriptura nõ esset de substãtia sequeretur absurdũ, nã posset obtendi cã ignorationis legis non scriptæ, & cõsuetudine non approbatę,

&

& esset lex ludibrio, quo ad absurdum.

Respondetur, aliud est esse substantia legis, aliud obseruatio, & facilior cognitio ipsius. Secundò modo dicitur conducere scriptura, non primo, nã quatenus lex, non adhuc obseruata lex tamẽ est, & ideò non eget scripturæ munimento, cęterũ cum à populo obseruanda est, eget, nõ tamen ob id sequitur, ergo est de substantia.

Quintũ fundamentum est Isid. li. 1. Ethymol. qui ait, legem dictam à lego, legis, quia legeret ex scripto, ergo.

Respondetur hanc Ethym. explodi teste Con. comm. iuris lib. 1. c. 8. nam Tullius multò melius tradit, eã; à deligẽdo vocatam esse legem. Est enim lex inquit pręceptio, prauique depulsio, iniustorum iustorumque distinctio, & regula, vt detur suũ cuique, quod ipsum facere non potest, nisi, quæ iusta sunt deligat, reijciat contraria. Hocq; ius legũ nostri, ius positiuũ appellant, ꝙ non sit datũ à natura, sed horũ constituto inuentũ, & positũ.

Sextum est à simili conflatũ. In sententia Iudicum desideratur scriptura l. hac lege, & l. vlt. C. de sent. ex breu. rec. igitur, & in lege quæ est sententia Principum.

Resp. eapropter necessariã scripturam sententiæ iudicis, ne detur ipsi mutandi, aut variandi causa; ita palã loquitur tex. d. l. hac lege, q̃ ratio nõ apparet in legib. q̃ fiũt in public.

Septimum, ni desideraretur scriptura; promiscua esset lex cũ consuetudine à populo ratione approbata, ꝙ falsum est vt liquet ex §. ex non scripto iuncto, §. nostro, & l. de quibus, ff. de leg.

Resp. imò multũ inesse discriminis, etsi in scripturã non redigatur lex; nam consuetudo ex frequenti actu primordia sua deducit d. l. de quibus lex verò, seu populi, seu Principis consensu epullulat, l. 1. ff. de const. Principum.

Octauũ fundamentum deduco ex prohæmio instit. in §. omnes verò, in verbo promulgatis, vbi Imp. ait; Omnes verò pupuli à legib. tã à nobis promulgatis, quã cõpositis regũtur. Notandũ, promulgare, nil aliud esse, quã diuulgare, quã not. ibi Bell. & Aldob. seu prouulgare. Leges autem non dicebantur promulgatæ, nisi scriptis mandatæ. Ratio est,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

quia in ærariũ recludebãtur; quoniam aſſerit Sig.de antiq. iu.Ro. Dũ igitur Iuſtin.ait;Populos Regi à legib. promulgatis eſt,ac ſi dixiſſet à legib.ſcriptis;Stringitur ratiocinatio ex d.l.humanũ,in verbo promulganda; nã Imper. iubent,non aliter promulgari,ſ. nõ ſecus ſcribi. Igitur, ſeu tẽpus Iuſt. inſpicias,leges ſcriptura nitebãtur, ſeu recentium Imper. conſtitutiones, & formã additã,ſcriptura deſideratur.

Reſp. Verbum promulgare, etſi deſignet promulgare, & in vulgus dare;hoc non inducere neceſſariã ſcriptionẽ; nam in vulgus dantur,i.e ſponuntur,eſſe voce mentis cogitationes; nec obſtat in ærariũ deferri;quia nõ ſequitur,prius quam ſcriberentur leges, & conderentur non eſſe leges; ſed tunc à ſcriptura formam accipere; nam prius erant leges, quam ſcriptis commendarentur,cũ ſcriptura ſit munimentum cogitationum noſtrarum, & accidens rei, non actuum ſubſtantia.

Contrarię ſentẽtiæ eſt Angel.hic in §.conſtat n. 4. Dd. in c.vlt.de conſue. Bal.in d.l. humanum C.de leg. n. 6.quã dicit communẽ Abb. in c. 1. de poſtul.prelat. num. 19. vide Cynum in l. 1. C.de leg.

Primum fundamentum eſt; Alia eſt ratio formæ, alia obſeruãtię;forma voluntas principis eſt,ſeu Senatus,ratio obſeruantię, eſt ſcriptura; ſcriptura igitur, reſpicit obſeruationem, non formam, & ſubſtantiam, & ideò ad eſſe legis non neceſſaria. Exemplum eſt in cõtractibus ſecundum Bal. d. loco; nam prius habet eſſe, quam obliget, vt patet in contractu conditionali,ita eſt in legib.Sola volũtas principis,vel ſtatuẽtis verbis expreſſa eſt lex, ſcriptura verò deſideratur ad legis obſeruationẽ,& vt ſubditi ligẽt.

Reſp.imò ſcripturã deſiderari multiplici rõne,ne cõfundatur ius non ſcriptũ cũ ſcripto,ne prætendatur ignorantia, vt forma tradita ab Imp. ſeruetur in d.l.humanũ,C. de leg.nec obſtat ſcriptura reſpicere obſeruantiam,nam dicimus reſpicere formam, quoties ſine ea, ius ſcriptum cum non ſcripto confundatur.

Secundũ fund. eſt in l. 1.ff. de conſt. princ. in verbo placet,& in Principũ placita inſt. de iur.nat.gent. & ciu.non.n. dicitur lex eſt,quę ſcripta eſt,

ſed quicquid placet, ad idem facit c.institutiones 25.q.2.

Reſp.Verbum placet deſignarearbitrium Principis,quã liberũ,vt quicquid ipſi libuerit ſit lex , ſed tamen non inficiatur tex. ſuã deſiderare formam legum;quaſi dicat,quicquid Princeps vult eſt lex,debita,tamen forma non ſpreta.

Tertium eſt in c.cõſuetudo 1.diſt.1.verſ.porrò ſi ratione, vbi lex ratione conſtat,igitur eſſe legis eſt in voluntate rationi conformata,meritò ſcriptura nõ videtur de ſubſtãtia.

Reſp.loqui de cauſa effectiua legis,quæ mẽs cũ mẽte eſt, non aũt de eſſentia, & forma.

Quartũ eſt in c.1.de renũc. lib.6. vbi ſucceſſor redigit in ſcriptis conſtitutionem indeceſſorũ,ne traderetur obliuioni. Igitur valebat prius cõſtitutio, antequã redigeretur in ſcriptis, vnde ibi ſcriptura poſtea interuenit,non ad eſſe legis, ſed vt conſeruaretur memoria.

Reſp.antea valuiſſe,quia legitimo iure facta erat à Cæleſtino conſt.& renunciatio valebat,igitur tãquam legitimè factum,non tanquã lex generalis: Ideò Boniſ.Pont.Opt. Max.iuſſit mãdari ſcriptis, & tunc dicta eſt conſtitutio, vt in fine d.c.legitur.

Quintum eſt leg. 1. §. exactis,ff.de orig.iuris,ibi, vt ciuitas fundaretur legib. quas in tabulis eburneis pſcriptas pro roſtris exibuerunt,vt poſſent leges aptius præcipi, en clarè apparet redactas eſſe in ſcripturam leges, vt facilius præciperentur, non quia ſcriptura ſit de eſſe legis.

Reſp.legis ſcriptæ hãc inter præcipuas eſſe vtilitatẽ,vt vnuſquiſque eam intueri, & perpẽdere poſſit pro libitum ſuo,ea propter ꝓ roſtris leges exibebantur antiquitus; non tamẽ inficiatur d. l.1.de orig. iuris,ſcripturã eſſe de ſubſtantia legum. Non tenet enim cõſequentia ſcriptura facilius præcipitur,igitur ſcriptura nil aliud extat, quam facilitas percipiendi.

Sextũ.Si ſcriptura deſideraretur, aut à iure antiquo hoc eſſet conſtitutum, aut à iure demũ poſitiuo. A neutro neceſſitas imponitur,ergo.

Probatur hoc apertè,nam à princ.leges non edebantur in ſcriptis, ſed ex poſt facto l.2. §.1.de orig.iur. Berous in rub. ext. de conſt.n.76.vnde poſito quòd pro forma hoc fuerit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

introductũ, à iure positiuo dicetur introductum l. humanũ, C. de leg. Sed in d. l. nulla necessitas reperitur, ergo.

Resp. Imò necessitatẽ inductã per verba Imp. in calce legis dictę. Scitote igitur Patres conscripti nõ aliter in posterũ legẽ à nostra clemẽtia promulgandã, nisi supradicta forma fuerit obseruata, forma aũt supradicta est, vt dictẽtur leges, & recẽseãtur, q̃ verba aperiũt necessariam esse scriptionem.

Septimũ, si ad iuris, seu legis essentiã desideraretur scriptura sequeretur, ius naturale in scripturã redactum, esse ius ciuile, quod est absurdum.

Prob. minor. Nã si scriptura est forma legis iuxta l. humanum C. de leg. & lex nil, aliud sit, quã ratio congrua naturæ, vt Arist. 5. Eth. Igitur si naturale ius accipiat formam ciuilem, erit ciuile.

Resp. ius naturale in scripturam redactum non carere forma legis ciuilis, nõ tñ posse dici ius ciuile, cum fuerit commune omnib. gentibus, non proprium pop. Rom.

Quintũ, si scriptura esset de substantia legis, nulla lex, quę scriptis cõmendata nõ fuerit, legis nomen non mereretur, quòd clarũ est. Sed leges Lacedemonũ memoriæ tantum, non scriptis mandabãtur §. & non inelegantur 3. de iur. nat. gent. & ciu. Igitur nõ deberẽt leges appellari, sed hoc est falsum, nã tantum abest, vt leges nõ sint, vt pop. Ro. ad illarũ legũ instar ius cõsuetudinis excogitarit, vt liquet ex §. ex nõ scripto d. tit. nat. gentium.

Resp. nos loqui de legibus pop. Ro. ex quo forma inducta est in l. humanũ C. de leg. & ex quo ius Ro. pop. in scriptũ, & non scriptũ partitũ est nõ inficiamur leges Lacedem. non esse leges sine scriptura.

Nonũ, lex est hominũ inuẽtũ, nec scitum populorũ, sed æternum quiddã, quòd vniuersum mundũ regit, imperãdi, prohibẽdiq; sapientia, quę ipsa princeps, & vltima mens est, & omnia mente, aut cogẽtis, aut vetantis Dei, quæ nec vim litteris scribit, oriri, nec cũ scitis populorũ abrogatur occidere dici potest, sed multò ante, quã scriberetur orta, & à diuina mente profecta ęternum durat, & postquã abrogata est, manet tum, & in natura omnium inscripta viuit sempiterno. Con. com. iu. lib. 1. c. 8. nu. 1. in fine te. Tull.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

ex quo dogmate eliciturs aper tè non esse necessariam scripturam.

Respondetur, ab eo. Conn. d. lib. hæc omnia magis vim iuris naturalis, quam ciuilis, huiusmodi explicare, & laudem potius, commendationemque legum continere, quàm legum substantiã; Ideò non obst.

Decimum fundamentũ est in §. singulorum instit. de rerũ diuisione, prius à Portio (vt ipse asseuerat) excogitatum, deindè à me in hunc modum inductum. Quicquid accedit actui, qui iam erat, non dicitur esse de substantia ipsius; sed scriptura accedat legi, quæ iam erat ergo, &c.

Maior patet. Minor probatur ex d. §. singulorum per verba in calce §. posita; ibi ciuilia iura tunc esse cæperunt, cum, & ciuitates cõdi, & Magistratus creari, & leges scribi cæperunt. Si cæperunt ergo anteà erant, & inde inoleuit, leges scripturæ mandari.

Responderi posse arbitror, non hunc sensum esse Imperatoris, vidi prius esse leges, quæ inde in scripturam redactæ sint; nam nullibi gentium reperitur, populum Ro. vsum fuisse legibus, nisi scriptis, vel moribus, pro consuetudine; sed ibi ita loqui Imperatorẽ, ne bis repeteret verbum conderet; dixit enim ciuitates condi.

Magistratus creari, insulsum fuisset iterum dicere, & leges condi; Ideò ait scribi, nec obstant alia verba reperiri, vt sancire, promulgare, &c. Sed elegans verbum est scribere, & magis naturam legũ explicat, cum legum forma sit scriptura; Ideò dixit leges, & scribi cæperunt, nõ vt tempus designaret, sed naturam, & substantiã, & ita retorquetur argumentum.

Pro solutione non recedere à communi ex fundamentis ipsius; quibus non videtur sufficienter satisfactum in responsione, & præsertim moueor ex distinctione illa pro responsione ad tertium argumentum partis contrariæ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

QVÆSTIO IN SCRIPTIS EX RATIOCINATIONE DISCVTITVR,

IVXTA METHODVM *Institutionis*.

Ex rub. proœm. Instit. vbi Aret. num. 7.

Incipiunt exẽpla ex norma institutionis.



Trum priuilegia indulta ab Imperatore ante coronationem teneant necne, &cæt.

Ex forma instituti nostri, ante argumentorũ cõgeriem tria perpendenda sunt. Termini, supposita, punctus.

Termini.

Causam constitue. Arcadius Imperat. recens electus, nondum diademate insignitus quendam libertinæ conditionis natalibus restituit, & illi plura indulsit. Patronus contendit nõ potuisse ab Imperatore ex priuilegio libertinũ restitui ante coronationem. Intentio patroni. Imperator nondum insignitus diademate sibi hoc elargiri non potuit. Depulsio, imò potuit. Quæstio, an potuerit; Ratio. Cùm nulla lex prohibeat legitimè optatum ad Imperiũ, & nondum coronatum indulgẽtia vti, & priuilegia tribuere, cur nõ potuit? Firmamẽtũ Sed ante triplicem coronatũ pompam nullum ei ius indulgentiæ, aut priuilegij si non lege expressa, saltem simili. Disceptatio oritur. An potuerit Imper. ante coronationem hoc facere.

Supposita.

Supposita, vt docuimus petuntur à ratione rei, & firmamento actoris. Igitur primum suppositum sit, nulla lege expressa caueri de hac potestate Imperatori ante coronationem, vel indulta, vel inhibita.

Secundum sit suppositum dari casum similem accommodabilem huic. Disceptatio est de vera idẽtitate rationis, quia nisi omnino par ratio sit factum, quod venit sine lege

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

non videtur posse accommodari ad factũ simili lege expressa significatum. Ideò punctus erit vestigio similis, & omnino paris rationis similiũ legum in Episcopo, Rege, Rectore, &c.

Punctus

Sed qua ratione dignoscet tyro si à ratiocinatione pendeat quæstio, vel ab alio? Facili manu præstabit hoc si partium enumeratione facta; semina omnium quæstionum rimabitur in hunc modum.

Nota.

Hæc non est quęstio mentis, non enim quæritur, quid sit, an sit, vel quale. Igitur est quæstio in scriptis, & suis nititur suppositis. At cùm ea, quæ in scriptis existunt numero quadripartito absoluãtur, non est ab ambiguo, non enim de significatione verbi, vel scripturæ hinc inde inclinantis differitur. Non est à discrepantia scripti, & voluntatis; non enim sumus in casu legis expresso concedente, & mente refragante. Non est à scripturis cõtrarijs, quia cùm hoc est disceptatur non si valeat, vel teneat aliquid, sed si æquius sit vni scripturæ accedere, vel alteri. Igitur necessario nostra quæstio ponitur in ratiocinatione, quod frequens est in disceptationibus Iurisconsultorum. Hoc per exigui temporis industria cognito, illicò sibi disceptationis ratio constat; termini apparent, lex causæ constituendæ, supposita cum suo puncto innotescunt; tantoperè q; tibi in calore disceptationis constas, vt non nisi peritissimus contradictor tibi negocium facessat.

Accursius, & Dd. diffident inter sese. Accurs. in l. bene à Zenone in fine vers. insulas, C. de quadrien. præscript. & in l. 1. ff. de offic. præfec. August. negat valere, & ita similes legum casus accommodabiles huic asseuerat.

Partes. Quæst.

Princeps fundamẽtum est in l. ex eo 43. vbi gl. ff. de milit. testamento, qui textus est pulcherrimus.

Secundum pono in cap. 3. ext. de auct. & vsu pall. quo loci, & si quis electus sit Archiepiscopus, si tamen ante acceptionem pallij, aliquid faciat irritum est, & reuocatur. Igitur non sufficit electio, sed opus est cõfirmatione, seu per coronationem, seu per pallium, &cæt. mihi videtur casus simillimus.

Tertium fundamentum est

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

in §.vltimo, auth. de administ. quo loci sola electio non facit cessare prædecessorẽ, qui administrauit, nisi exacto tempore in eius locum suffectus fuerit.

Quartũ est in l. benè à Zenone, C. de quadrien. perscriptio in fine, in illis verbis, *ex eo tempore valitura, ex quo nutu diuino Imperiales suscepimus infulas*. Primò, quicquid decernitur ab Imperatore electo ante susceptas infulas, ergo à contrario non valet.

Quintum Imperator tripli ci corona donatur. Terrea, Argentea, & Aurea, glossa in Clementina Romani §. porrò vers. vestigijs de iur. iuran. quæ continetur his versiculis.

Terrea Romani gestãt diademata Reges.

Est argentea posthac his oblata Corona.

Hinc aurum capiti fuluum datur Imperiali.

Ex his liquet, ante acceptã auream coronam non posse Imperatorem appellari, sed potius regem. Igitur priuilegia Imperatoria facultate dari non possunt.

Sextum est in cap. eam te 7. de rescript. in fin. vbi ante consecrationem non dicitur quis promotus in Episcopũ.

Septimum. Dies coronationis, & sacrę vnctionis dicitur ortus Imperij, vt C. de ferijs l. omnes, vers. nostris etiã, & l. vltima, ibi, etiam si in nostrum ortum.

Octauum in cap. venerabilem de elect. & clem. Romani de iur. iur. in 4. col. vtrobique tex. his vtitur verbis, ipsumq; in regem Romanorum assumpsit, in Imperatorem postmodum promouẽdum, vbi ponderãdum est verbum *postmodum*, & verbũ *promouendum*, quæ ambo concernunt futurũ, & ita licèt electus sit Rex Rom. non propterea est imperator propriè loquendo, idest generalis, & vniuersalis, de quo in l. deprecatio, ff. ad leg. Rhodeiac. Sed Imp. vt quilibet alius Rex, cui est ius imperandi intra limites sui Regni, non generaliter, &c.

Nonum est à simili Rector studij non est rector ante susceptas infulas in auth. de his qui admin. recep. in rub. & nigro glo. in l. priuatorum, C. de iurisd. omn. iud. Hæc pro negatiua sententia.

Contrariæ sententię est gl. in auth. de coll. §. ad hæc prohibemus vers. antequã Cyn. *Opposítio affirmatiua.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

Pistoriens.in d.l.benè à Zenone speculator de rescrip.præsent.§.9.& ibi addent nu.15.&cæt.

Primum fundamentum est in Clemētina Romani§.porrò,vers.Reges de iu.iurando, vbi Henricus iure iurando se se obstringit seruaturum priuilegia omnia concessa ecclesię per prędecessores suos reges, ac Imperatores Romanos;not.gl.in verbo *Reges,& ait*, Reges Romanorum non adhuc accepere coronā; nam coronatio Regis Rom.est preparatio ad Imperium, & tamen Henricus dicit se seruaturum priuilegia à regib.Ro. concessa.Igitur priuilegia ante coronationem valent.

Responde primo, dixisse se seruaturum priuilegia nō simpliciter Regum, sed Imperatorum quasi voluerit dicere non Regū simpliciter,sed Imperatorum.

Secundò dic agi, de fauore ecclesiæ, cuius ergò multa subsistunt contra regulas iuris communis; pietatis, & religionis fauore,l.sunt personę 3.ff.de relig.& sump.fun.

Secundum fundamentum est in l.filiusfam.43.sup.citata, ff. de mil. testamento, vbi filius fam. militia exornatus, & in comitatu Principum retentus,cingi confestim iussus; testamentū de castrensi peculio facere potest;perpenditur verbum,iussus; nā filius fam. erat iussus cingi, non tamen adhuc cintus, & tamen iure militari testari potest, nam si esset cinctus, nulla dubitatio esset.

Responde hoc, quia in comitatu Principis, & iam equestri ordine donatus erat,& nil deerat nisi baltheus militaris, nos loquimur non in procinctu coronationis,sed ante.Ideò diuersis temporibus,fatemur enim in ipso limine, (vt ita loquitur) coronationis valere,sed ante non, quoniam, nec miles ipse antequam in numeros relatus sit,testari potest iure militari,tex.in l.ex eo 42.superius citata.

Tertium fundamētum est in cap.ad hæc auth. de collatoribus versic. antequam,vbi gl. vbi datur licentia iudicib. antequam in Prouinciam veniant alios creare, qui vices suas impleant, ergo ex sola electione ius quæritur electo.

Responde hoc ex indultu, aliàs non possunt, & ius non habetur,auth.de mādat.prin-

cip.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

cip. coll. 3. §. illud tamẽ vers. eos autem.

Quartum fundamentũ est, sicut matrimoniũ mutuo consensu perficitur, l. nuptias, ff. de reg. iur. Ita istud matrimoniũ intellectuale dicitur perfectum ex consensu eligentium, & electi. Similitudo est inter vtrũque, quia sicut maritus vxorem defendere tenetur, §. patitur, inst. de iniur. Ita Imp. Rempublicam, vt in dicta l. bene à Zenone in principio.

Responde, nõ esse eandem similitudinem, quia matrimonium dicitur esse de iure diuino, si de vera eius forma loquimur, & ideò solo animo; quem Deus respicit; dicitur contrahi, etsi etiã alia ad consumationem desiderentur, &cæt.

Quintum subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum, &c. l. si eũ §. iniuriarum, ff. si quis caut. &c. Sed electores sunt subrogati in locũ populi Rom. vt eligant Imperatorem.

Igitur sicul electio pop. Ro. omnem potestatem transferebat, &c. l. 2. §. nouissimè, & §. initium, ff. de orig. iur. Ita &cæt.

Respondetur, sed potestas nõ est plene acquisita, nisi insigne potestatis sit acceptum, ante potius nomine tenus est potestas.

Sextum est; Papa ex sola electione consequitur, plenum ius regendi, & temporalia administrandi, & cum non habeat superiorem, cùm eligitur confirmatur, vt 89. dist. si quis pecunia 23. dist. in nomine, vers. planè. Spiritualia verò non nisi post insignia, speculat. in tit. de rescrip. present. §. 9. n. 18. de facto tamen plura ad spiritualem iurisdictionem spectantia, ante coronationem exercet, ergo.

Respond. nos loqui vtrum possit concedere de iure spectanti ad Imperium, & ita non est simile.

Septimum est ab absurdo, nam donatio Ciuit. Bonon. & Romandiolæ facta à Rodulpho ante coronationem, non valeret. Quod absurdum est.

Responde Imperatorẽ, antè coronationem declarasse dictam Prouinciam ad ipsam ecclesiam ab antiquo tẽpore spectare; ita detexisse, vt ĩ manumissione dicitur, quę dr̃ datio libertatis, sed est detectio propriè 17. q. 7. cũ redẽpto.

Pla-

Placet tandem resolutio Saly. in dicta l. bene à Zenone distinguentis. Aut loquimur de priuilegijs, quæ non nisi ab Imperatore conferri possunt, vt sunt restitutio natalium, & concessio iurium ingenuorum; dispēsatio spuriorum, concessio veniæ ætatis, interrogatio legis generalis in præferendo æquitatem, non scriptam rigori, in præstando auctoritatem arrogationi, l. 2. ff. de adopt. not. Salyc. in l. 1. C. de iur. aur. annul. hæc enim omnia sunt de reseruatis Imperatori in iurisdictione, & potestate sua. Aut loquimur de priuilegijs, quæ Rex simpliciter Romanorū in sua iurisdictione potest elargiri; nō vt Imperator.

Primò modo antè coronationem, cùm non dicatur. Imperator priuilegij concedendi expers est.

Secundò modo non prohibetur.

Quomodo igitur, antè coronationē dicitur Romanorum Rex habere eam iurisdictionem, quæ olim penes Rom. Reges fuit, quæ vltra territorium Romanum non se extendit l. 2. §. nouissimè, & §. initiū ff. de orig. iur. Igitur electo ad Imperium ea non est auctoritas, & plenitudo potestatis, antè coronationem, quæ post susceptas coronas datur illi, & licet aliqui senserint Imperatorem, antè coronationem posse ea priuilegia concedere, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, sed non ea, quę sunt contentiosæ per l. 2. ff. de offi. Præsid. Tamen non obstat, quia nos subscribimus etiam huic sententiæ, imò ampliamus, vt omnia priuilegia, ante coronationem possit dare, quæ sunt iurisdictionis Regū Romanorum, non Imperij, cū iam ex supradictis liqueat, ante coronationem non posse iure, & verè Imperatorem appellari, &c.

QVAE-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

QVÆSTIO EX DISCREPANTIA SCRIPTI ET VOLVNTATIS DISCVTITVR.

JVXTA METHODVM Institutionis.

Ex §. cum ex aliena materia inst. de rer. diuis. &c.



Trum statutum prohibẽs portare frumentũ extra ciuitatẽ, comprehendat portantem farinam.

Termini. Causam constitue. Lege municipali sancitum est, ne quispiam frumentum exportet addita pęna.

Sempronius ab Apparitoribus offenditur agens iumentum farina onustum extra ciuitatem. Coram prætore sistitur. Causa constituitur. Intentio apparitorum incidisti in pęnam statuti. Dep. Imò non. Quæstio, an inciderit, necne. R. Statuti, seu legis municipalis verba sunt de frumento, non farina; at ego exportabã farinam. Firm. At, etsi lex non meminerit verbis expressis farinæ tamen mens ea fuit, ne pinguedo extraheretur, ne induceretur annonæ caritas.

Disceptatio oritur vtrum exportans farinam comprehendatur sub statuto loquente de frumento.

Supposita. Supposita sunt ratio, & firmamẽtum; idest statutum de farina verba non facere, deinde mentem statuentium fuisse prouidere publico ciuitatis emolumento. Quibus suppositis punctus oritur, idest vestigatio rationum, an potius in hac materia quamquam pænali, & odiosa sit verbis expressis quiescendum, vel mẽs attendenda. *pũctus.*

Negantium partis caput est Io. de Platea, cum quo conspirat Albertus de Gandino in tract. de rebus exportand. pag. 155. nu. 4.

Sententia negans. Primum fundamentum est huiusmodi. Commutata forma

ma substantiali res non est eadem l. Iulianus 9. §. si quis, ff. ad exhiben. Sed cùm frumentum per molam desciuit, & in farinam tritũ est, mutata est forma substantialis; igitur non est idem, & non comprehenditur sub statuto.

Omitto respõsione plures, & nouiter dico hoc argumẽtũ nihil facere; nã in pũctũ questionis non dirigitur. Sed ex eo vnum firmatur suppositũ, vt in causæ constitutione. Nã exploratiiuris est, farinam esse speciem diuersam. At comprehendi à statuto, vel excludi non est ex probatione diuersitatis, sed mentis, & fraudis, quæ mẽs an potius, quam verba attendenda sit in materia odiosa iurgium est. Hinc discat ingeniosus, & solers iuris tyro quantoperè cõducat noscere punctum, & questionis supposita, cùm argumenta, quæ nonnullis videntur esse magni momenti; ieiuna, ac frigida appareant; igitur studiose adolescens in propositis Doctorum argumentationibus, cùm in hac questione, tùm in alijs perpetuò hanc legem serua. Et vt planè intelligas, si argumentatio vim faciat, sit tibi veluti nautis in mare recursus ad cynosuram hanc, idest facto speciem ex solenni nostro effictam. Intuere supposita; perscrutare punctum, & ex hisce compertũ tibi erit, qua vi stringat argumentatio quare ratione, & respõsione diluatur; igitur, & si nonnullas congero Doctorum argumentationes, & responsiones, non hoc fuit votum meum, vt vulgata, & protrita de integro legum studiosis exhiberem. Verùm, vt noua institutione nostra diligẽti animo lustrata, inde exhibitis communibus argumẽtis, per se ipsi dignoscant, quid validum, quid infirmum, quid sequendum, aut non sequendũ. Nostra institutio est in legali disceptatione Arianæ filius, quem si teneat iuris disceptator, argumentorum inuolucris non capietur; igitur exhibeo pænè sub aspectum quatuor pro hac parte argumenta interpretum nostrorũ, quæ quam vim habeant cum suis responsionibus tuum sit iudicium.

Secundum argumẽtum est commoda eum sequi debent quem comitantur incommoda vulgari l. secundum naturam, ff. de reg. iu. à contrario;

Sed

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

Sed ſi cui legatur frumẽtum, vel lana, vel marmor non videtur ei legata farina, veſtis, columna l. quæ ſi. §. illud de leg. 3. & ideo appellatione frumenti nullũ ſentit emolumentum ex farina appellatione frumenti ergo, nec diſpendium ex eo.

Reſpondetur, legati, & ſtatuti diuerſam eſſe cauſam, nã in legato talis regula eſt explorata, ea, quæ talis ſunt naturæ, vt ſæpius in ſua poſſint redigi initia, ea materiæ potentia, nũquam vires eius effugiant: Meritò generis appellatione non veniunt. Sed hæc ratio non viget in ſtatutis, nam in ipſis, vt aliquid operentur verba, vel ad impropriam ſignificationem traducuntur Bal. in cap. paſtoralis, col. 1. in fi. de appell. per tex. in l. hęredit. §. vlt. ad Treb. facit l. ſi quando in princ. cum noſtro de leg. 1.

Item verba ſtatuti ſemper arctantur ad id, quod eſt rationis Bal. in auth. ingreſſi col. 1. C. de Sacr. Eccl.

Opinio negat. Comunis. Tertium, ius cõe vllo vnquam tempore magis, quam par ſit lædi abſurdum eſt l. 1. C. de nox. cap. cum dilectus de conſuet. Sed ſi frumenti appellatio in materia odioſa ad farinam extenderetur magis, quã par eſt læderetur, per quod vnuſquiſq; eſt in re ſua moderator, & arbiter; igitur ſequeretur abſurdum.

Reſpondetur, id verũ quoties citra iuris communis læſionem aliquid virium ſortiatur ſtatutum. Sed non offenſa facta iuri communi inane fit diſpoſitum à ſtatuto, quod aſſeuerare eſſet ridiculũ. Alb. Bru. in tract. ſtat. art. 5.

Quartum, odia ſunt reſtringenda cap. odia de reg. iur. in 6. ſed ſtatutum pęnam continens, & rem ciuium exportari vetans odioſum eſt, ergo reſtringẽdum, & ita complectetur farinam.

Reſpondetur, imò dici fauorabile, quòd à ſtatuentium mente conijcitur, qui publico ciuium emolumento ſategerunt, ne ſcilicet frumenti extractione annonæ caritas induceretur, at ex mente odiũ, vel gratia conijcitur text. eſt in cap. 2. poſt princ. ibi, cum non ſit dicendum de dec. in 6. Bald. in l. illud, C. de ſacroſ. eccl.

Quintũ caſus non expreſſum à ſtatuto deliteſcit in ſacrario iuris ciuilis, ſeu commu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

munis l. si cum dotem in principio, ff. sol. mat. Sed à statuto silentio præterita est farinæ mentio. Meritò iuris communis iudicio committetur extractor farinæ, & ob id nullam multam incurret, cum de iure tali non prohibeatur.

Respondetur nequaquam omissum à statuto, imò comprehensum, quando appellatione frumenti veniat farina, donec fini suo tradita sit, argumento l. si cui lana 68. dicta leg. 3. vbi lanę appellatione venit ea, quæ pellibus non est detõsa næta venit, lota, & omnis alia præter textam.

Hactenus ij, quibus votum est reo consulere. Cæterùm diuersæ mentis est Bartol. & Angel. supra recensiti, quibus dare manum cogitur vnusquisque veritatis amator.

Primum fundamentum huius Classis est in l. 1. §. de eo opere cum glo. ff. de aq. pluu. arc. vbi frumenti est larga significatio, & ideò in d. comprehendi farina.

Respondetur, non esse verum quoties sumus in pænalibus, nam tunc significatio arctatur.

Secundum est huiusmodi. Aut res versatur in consideratione, tanquam in sua potest redigi initia, vel non, aut consideratur tanquam ad vmbilicũ perducta, & absoluta, primo casu appellatione materiæ non venit materiatum, quod ad suam materiam reuerti nõ potest, ideò in l. quęsitum §. illud fortassis de leg. 3. appellatione argenti venit factum, non etiam appellatione marmoris venit marmor cælatum. Secundo casu appellatione materiæ venit materiatum, licèt in sua rudia nõ posset restitui initia l. si cui lana, ff. de leg. 3. vbi appellatione lanæ venit lana facta infecta, eatenus quatenus ad solam non peruenit, & tamen nœta in sua non potest redigi initia, ita in casu nostro, licèt frumenti appellatione non complectatur farina hoc non est inspiciendum ex eo, quod in pristinam formam nõ possit reuerti, sed vt suo fine non est destinata, idest panis non est; tunc fateor non contineri appellatione frumenti, sed dum non est fini suo destinata continetur.

Respondetur hoc satis cõpertum in legatis, & vltimis voluntatibus, quod esset ẽt in statutis si par rõ vigeret hinc inde.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

inde. Sed in statutis pœnalib. inspicitur, & attenditur interpretatio, quæ magis benigna sit, & non fit extensio per interpretationem.

Tertium tale fit fraudibus obuiam eundum l. cum quis, §. sed cum lis, ff. de trãs. clem. 1. §. vlt. de conceſſ. præb. cap. ſedes de reſcrip. cum ſimilib. Sed, qui portat frumentum mola tritũ, seu farinam fraudolentus est. Igitur illi obsistendum, & ita incidit in statutum.

Minor probatur fraus quadrifariam fit. De re ad rem. De persona ad personam. De contractu ad contractum, & de modo ad modum. Ias. & Bald. in l. non dubium, C. de leg. fraus de re ad rẽ est quoties specie alicuius rei, quę nõ cõtineatur appellatione prohibiti deluditur mens legis; exemplum est in l. sed, & Iulianus §. mutui, ff. ad Senatus Conſ. Maced. & in l. quoniã, C. de agr. & cenſ. libro 11. Ita in casu nostro fieret fraus, de re ad rem cum ea specie, quia farina non sit frumentum statuti mens eluditur, & frumen tum molitum extrahitur.

Respondetur non fieri fraudem, quia mens non fuit talis statuentium, nam si fuiſſet cui rei prætermiſiſſent hoc? Si reliquum fecerunt consultò, nil obstat: si imprudentes, remanet sub dispositione, & neutro modo fit fraus mẽti, nam mens non conijcitur nisi voluiſſe comprehendere farinã.

Quartum, in Senatusconsulto Macedoniano verbum pecunię prçcisè accipitur, sed si fraus interueniat, impropriatur, & vinum, frumentum, & alia complectitur, l. sed Iulianus §. mutui ad Senatusconſ. Mac. Ita in statuto nostro frumẽti appellatio ad farinã non porrigitur. Sed quia fraus accidit, nempè molitur frumentum, & extrahitur meritò, & cæt.

Respondetur, vt ad superius fundamentum secundo resp. in statutis non procedi de similibus ad similia, l. de quib. ff. de leg.

Quintum interpretatio ex litera exploditur, aliud significante mente, l. non dubium, C. de leg. sed mens statuentiũ fuit ne Ciuitas exhauriretur frumento, neve dolus fieret, quæ interpretatio elicitur argumento l. tale pactum, §. vlt. de pac. Igitur non, vt sonant verba, sed vt mens est in-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

interpretari debet statutum?

Respondetur, satis dilucidam mentem deprehendi ex verbis, ideo non alia verba, aliam mentem. Sed disceptat. vtrum extendantur verba nec ne, quod vsu non venit in talibus statutis.

Sextum, Farina non venit appellat. frumenti in legatis, & contrac.&c.vbi legatum in re nominata intelligitur, & fraus fieri non potest sed in statuto potest fieri, Igitur.

Respondetur, nō esse fraudem quoties mens non repugnat, non repugnare deprehenditur ex verbis.

Septimum, Statutum est fauorabile quia fauor vel odium attenditur ab intentione statuentium cap. 2. post princ. de dec. in 6. Bald. in lege illud C. de sacros. eccl. sed intentio statuētium fuit emolumento publico satagere, igitur fauorabile, & ob id extendendum.

Respondetur, Odio plenū esse intuitu particularium ciuium, quibus interdicitur vēditio rei suæ libera.

Octauū, Si de farina percōctari fas esset statuentes nō ambigendum, quin de ea sensisse responderent l. tale pactum §. vlt. cum glos. de pac. vbi inspicitur cui rei propriè consultum sit, quamquam minime expressum. Sed consultum est bono publico. Igitur licèt de farina expressum non sit, tamen continetur.

Respōdetur, Non esse percunctādos statuentes quoties luculenter loquuti sunt, vt in statuto nostro.

Pro Conclusione non resilerem ab hac secunda Classe, cuius sunt solidiora fundamēta, & responsiones ad ea futiles, & fundamenta superioris sententiæ non diriguntur in punctum quæstionis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

QVÆSTIO EX SCRIPTVRIS CONTRARIIS DISCVTITVR,

IVXTA METHODVM Institutionis.

Ex §. feræ Inst. de rerum diuis.



Trum capta in fundo alieno spreta domini prohibitione, fiant capientis, nec ne.

Termini. Causam constitue. Seius venator Leporem in fundo Sempronij conspexit, in quo non erat apparatus venationis alienæ, vel domini proprij, ideo dictum fundum indagine cingit, & vltrò, vt venetur, se confert. Sempronius iure dominij sui prohibet, ne ingrediatur. Venator spreta prohibitione pergit, ingreditur, leporem capit. Petitur iudicium à domino fundi contendente leporem esse suum, vel saltem fisci, non autem venatoris. Intentio domini. Lepus meus est. D. imò meus. Quęstio, cuius sit. Ratio feræ bestiæ occupanti conceduntur tam in suo, quam in alieno §. ferę vers. nec interest; Inst. de rer. diuis. firm. At qui dominus est si præuiderit prohibere potest ingredientē d. §. ferę, cum vnusquisque in re sua sit moderator, & arbiter l. in re mandata. C. mand.

Disceptatio oritur an spreta legitima prohibitione, quæ à domino fundi fit, si quis capiat aliquid suum faciat.

Erunt supposita, vt in alijs quæstionibus solenne est, firmamentū actoris, & ratio rei, idest feras bestias occupanti concedi, tā in suo, quā in alieno. Rursus dominū fundi posse prohibere ingredientē, quę sunt duæ scripturæ in hac facti specie cōtrariæ, quibus suppositis disputatur, num prio- *Supposita.*

ri, vel posteriori quiescendum sit circa capturam.

Pūctus

Punctus igitur erit rimari ęquiorem rationem in altera, vel altera scriptura, ita vt captura modum accipiat, vel à priori, vel à posteriori.

Partes Quæstiones.

Geminæ sunt diuersæ sententiæ in hac quæstione, communis opinio affirmat, ingredientes cōtra placitum domini, lucrum tamen facere ex captura assertore Oinot. hic nu. 7. gl. in §. apum inf. de rerū diuis. in l. diuus Pius, 16. ff. de seruit. rust. præd. DD. in l. naturalem 5. ff. de acq. rerum do. & in l. quamuis 40. ff. ad leg. aquil.

Fundamenta Cōis.

Primo nititur hac argumētatione. Priuata prohibitio non potest ius naturæ impedire. §. vlt. Inst. de iur. natu. ideo prohibēs nihil operatur. Sed prohibens ingredientem fundum suum venandi causa ius naturæ impedit, ergo nihil operatur. Minor probatur, quia venatio, piscatio, aucupium sunt de iure naturæ §. & quidem Inst. de iur. nat. gen. & sicut aerem vbique haurientes nostrum facimus, ita, & ea quæ in aere capiūtur, quare sicut aer incumbens telluri non est domini fundi, sed cuique occupanti, haurientique conceditur, ita & feræ in hoc aere captæ, quamuis in fundo alieno l. diuus Pius ff. de seruit. rust. pred.

Respondetur ius naturę impediri non posse inspecta sua vi, sed bene intuitu, & consideratione iuris ciuilis impediri posse, quia iure ciuili vnusquisque in re sua est moderator, & arbiter l. in re mandata C. mand. & ideo æqua est, nam debet vnicuique sua domus esse tutissimum, ac liberrimum receptaculum l. plerique ff. de in ius voc. fueritque admodum durum cuiuslibet libidini, vel curiositati patere secreta nostrarū possessionū.

Secundo, Ita argumentari possumus. Qui prohibet vnū ex diuersis non videtur prohibere aliud, sed prohibito fundi ingressu est prohibitum vnum ex diuersis videlicet ingressu longe diuersus à captura, ergo prohibito ingressu non est prohibita captura.

Minor probatur, nam quoniam est diuersum ius priuatum à iure communi omnium gentium, ita discrepat prohibitio, quæ circa sua extenditur à captura ferarū, quæ iuris gent. est, vt supra proba-

tum est in primo argument. Consequenda quoque tenet, nam si prohibito ingressu non est prohibita captura, igitur capiens, vel domini fundi faciet suum quicquid capit.

Respondetur, quamquam per prohibitionem ingressus non sit prohibita captura; tamen capiens animalia non facit sua alia ratione, ne improbitas sua ei lucro cedat l. non fraudentur §.nemo ff. de reg. iur. quod erit quoties iuris auctoritate posthabita, venatur, & capit. Iuuat respõsum hoc, quod ingrediens incidit in factum à lege damnatum, ideo nullum debet sentire emolumentum l. non dubium C. de leg. l. itaque fullo ff. de furtis.

Tertio, Pęnæ non sunt multiplicandæ, vel aggerandæ. Sed si venator prohibitus ingredi amitteret capturam pęnæ aggerarentur, quod est absurdum dictu.

Probatur assumptum, nam ingrediẽs ob vitiosum ingressum pœna iniuriarum afficitur leg. non solum §. penul. ff. de iniur. si igitur capturam amissurus esset cæteræ pœnæ multiplicarentur.

Respondetur, pœnam amissionis capturæ infligi ne lucrum ex suo crimine capiat; posset enim ex captura maius percipere lucrum, quam ex vitioso ingressu multam pati.

Quarto, Quod nostrum non est à nobis indici non potest ne ab alio capiatur. Sed feræ bestiæ, quæ in siluis, & in fundo nostro degunt nostræ non sunt leg. 3. §. item feras ff. de acqu. poss. ergo nemini vetare possumus ne capiat.

Respondetur, non inhiberi à nobis capturam, sed ex quo quis prohibitioni non obtemperauerit, & ita ius spreuit non debet ex improbitate sua lucrum facere, quod supradictũ est l. itaque fullo ff. de fur.

Quinto, In quauis materia priuationis pœna non imponitur, nisi sit à lege expressa §. cum igitur versicul. sin autem in auth. de no. elig. sec. nuben. Sed nos sumus in materia priuationis iuris gentium, vt hic in §. feræ versicul. nec interest, & lege tertia. ff. de acquirend. rerum domin. vbi de iure gentium

per-

permittitur vnicuique venari, tam in fundo proprio, quam in alieno ergo, &c.

Responde satis esse à lege expressum in l. non dubiũ, C. de leg. vbi nullum resultat emolumentum ijs, qui præstant ea, quæ lex prohibet, & l. itaque fullo, ff. de fur. ait, neminẽ de improbitate sua consequi actionem. Sed prohibitus ingredi legis spernit Imperium, vt hic vers. prohiberi, & l. 3. ff. de acq. rerum do. & ideò improbus nullum debet emolumentum consequi.

Sexto, hoc dilemmate vti possumus, feræ captæ per ingredientem contra voluntatem Domini, aut sunt capientis, aut domini fundi. Sed huius non sunt, ergo illius sint necesse est.

Domini fundi nõ esse probatur, quia, in quo quis non sentit damnum, nec debet pęnam exigere l. penult. §. sed cum in secundum, C. de fur. Sed dominus fundi nullo afficitur damno, ex quo venator capit feras, igitur pęnam ex hoc capite exigere non potest.

Respondetur, imò dominum iacturam pati, quia ferarum persequutione arua pessundantur, & si hoc non sit in causa, vt dominus pęnam exigat, exigat fiscus, ad quẽ pertinet malè partorum adẽptio, quæ, vt indignis auferuntur l. 3. de ijs, quibus, vt indig.

Septimò, tex. est in l. iniuriarum, §. si quis me, versic. & sepissimè, ff. de iniur. vbi Vlp. ait, non posse quẽ piscari prohiberi, sed nec aucupari, nisi quod ingredi quis agrum alienum prohiberi potest, vbi dictio, nisi exceptiua non complectitur, nisi prohibitionem ingrediẽdi, non etiam piscandi Conna. comm. iur. ciu. li. 4. cap. 3. nu. 3.

Respondetur, illum tex. loqui ante prohibitionem ingressus, tunc etenim, quis neminem prohibere potest ne piscetur.

Contrariæ sententię est gl. in §. feræ hoc tit. & Dyn. cui astipulatur. Por. in §. singulorum hoc tit. num. 15. & Bald. in dicto §. feræ versic. planè num. 5. *Contraria sententia.*

Prima argument. est à simili in hunc modum concepta. Quæ consonant in causa non dissident in effectu l. de quibus, ff. de leg.

Sed eadem est causa prohibiti emere fundum, qui nõ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

paret prohibitioni, vt prohibiti ingredi ergo, &c.

Minor probatur per l. ſi fundum, & l. certum C. de rei vẽdicat. vbi prohibitus emere fundum per ſpretam prohibitionem eſt in mala fide, vt non faciat fructus, ſed tenetur reſtituere, ergo à ſimili ſpernens prohibitionem domini non poterit capere fructum venationis.

Reſpondetur, diſparem eſſe caſum eius, qui prohibet emere, nam dominus eſt fundi, fructuſq; & eius, qui prohibet ingredi, qui ferarum dominus non eſt, vel fructum venationis, ideò nil mirum ſi ille fructus non faciat ſuos, hic faciat.

Tertio reſpondetur, argumentum à ſimili tolli quoties læditur ius naturale, vt hic.

Secundo, quod contra rationem eſt, non debet admitti l. quod contra, ff. de regul. iur.

Sed prohibentibus dominis aucupari eſt contra rationem iuris l. diuus pius 16. ff. de ſer. ruſt. præd. ideò ſi prohibitus non debet admitti, vt venetur tanto minus, vt ſuum faciat, quod capit.

Reſpondetur contra rationem eſſe, quempiam renuente domino in alieno agro venari, ob id prohiberi poteſt, qui ſi non paret prohibitioni multam incurrit paratam à l. iniuriarum, ff. de iniur. Sed non ob id reſultat prohiberi capere, quia prohibitio non agit radices ad ea, quę noſtra non ſunt.

Tertiò, quicquid occaſione externa, alienaue acquiritur reſtituẽdum eſt l. qui proprio 46. §. procurator, ff. de procu.

Sed venator occaſione ſui maleficij feras capit, ergo tenetur reſtituere.

Reſpondetur occaſionem ingreſſus, & capturæ diſparẽ eſſe, nec alterã ab altera pendere; cum venator arceatur à fundo, quod domini eſt, non ab eo, quòd feræ in ipſo degant.

Secundò reſpondetur, nullum argumentũ à ſimili poſſe dari in hac materia, in qua læditur ius naturale.

Quartò, quando prohibetur principale inhibitum cenſetur, & illud, quod conſequitur gl. in l. 3. §. planè, ff. de acquir. rerum do. Sed prohibito fundi ingreſſu eſt prohibitum principale, vt in §. noſtro,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

& in d.§.planè,& ita censetur prohibita venatio, ergo non capiet.

Respondetur hanc argumentationem vigere,quoties, consequens in totum pendet à principali eo, quia vtrumq; sit eiusdē iuris,veluti quis prohibetur fundi mei ingressu,ergo & decerptione pomorū.

Sed in hoc casu prohibito ingressu, non est prohibita captura, quia venatio sit iuris gentium, prohibitio iuris ciuilis,vel priuati l.iniurias,§. si quis me, vers. & sepissimè, ff.de iniur.

Quintò,ita argumentor.Si per prohibitionem ingressus fundi non esset prohibita captura,hoc esset ex eo, quia captura post prohibitionem nō esset contra rationē iuris gentium,sed cōsequens est falsū, ergo & antecedens. Declaratur assumptū seu minor; nā captura ante prohibitionem est de iur. gen.dicto §.& quidem Inst. de rer. diuis.ideo vnusquisque tam in suo, quam in alieno capere potest dicto §. feræ. Post prohibitionem domini itaque si captura non est prohibita,sequitur necessario eam restare in suis terminis; in quibus erat ante prohibitionem, & ita non esse contra rationē iuris gentiū. Sed hoc probabitur falsum, quia post prohibitionem est contra rationem iuris gentium,ergo falsa assertio communis.

Probatur cōsequentia ita. Quicquid contra rationem naturalem est contra ius gentium est §. ius autē ciuile Inst. de iur.nat.gent.& ciu.§. sing. de rerum diuis: Sed aucupiū, & perconsequēs captura post prohibitionem est contra rationem naturalē l. diuus pius ff.de ser.rust.pred.ergo captura post prohibitionem est cōtra ius gentium:In consequētiam prohibito aucupio venire capturæ prohibitionem, liquet,nam prohibito principali cēsetur prohibitū accessorium,prohibito antecedēti prohibitū censetur cōsequens sed captura est accessio, & consequens aucupij,& venationis vt patet.

Respondetur,in d. l.diuus Pius nō dici esse cōtra rōnem naturalem, seu ius gentium sed simpliciter non esse rationabile inuitis dominis quempiam in alienis fundis aucupari. Replicatur imò agi de ratione naturali tali argum. Quoties vnius rei plures sunt

appellationes, ſemper venit antiquior,& communior propter excellentiam argum. §. ſed ius quidem ciuile iuncto §.ſingulorum ſupradictis.Sed appellationes rationis plures ſunt rationes, ratio naturalis, ciuilis,ſtatutaria, & cap. tam antiquior, & communior eſt naturalis dicto §.ius autem ciuile Inſt.de iur. natur. iuncto dicto §. ſingulorum hoc titul. Igitur appellatione naturalis ſēper naturalis venit.Et ideo cum in leg.diuus Pius dictum eſt non eſt rationabile, eſt ac dictum ſit eſt cōtra rationem naturalem, & ita contra ius gentium, quod naturali nititur ratione, quemadmodum ſupra comprobatum eſt. Ita argument. viget. Cui accomodare reſponſionem non nimis arduum puto,verum Tyronum curę, & ſolertiæ remicto.

Sexto Ita quoque argumētor per dilemma.Aut ius gentium partim infirmum eſt,partim viget, aut falſa aſſertio communis,primum non eſt dicendum ergo.

Probatur prior pars ius gētium partim infirmum eſſe, partim vigere. Nam ius gentium eſt illud, quod vnicuiq; aucupari volenti poteſtatem facit latiſſimam, & hoc liquet ex dicto §.& quidem, & §.feræ,& alijs, & in hoc capite viget. Rurſus ius gentium eſt, quod prohibet inuitis dominis dicto §. feræ verſ. planè l. diuus de ſer.ruſt.leg. nam eſt idem ius gentium, quod loquitur,& eiuſdem iuris diſpoſitio apparet,quaſi dicat in dicto verſ. planè, licet dictum ſit ad acquirenda ea, quæ in nullius bonis ſunt nihil referre vtrum quis in ſuo capiat, vel in alieno,tamē hoc verum eſt,niſi contra domini voluntatem ingrediatur.Si igitur in hoc capite prohibitionis non ſeruatur ius gentium infirmū eſt, & in alio capite viget.

Reſponſio forte erit in capite prohibitionis nō eſſe ius gentium; ſed Inſtitutionum Architectos, & Iuriſconſultū recenſentem diſpoſitionem iuris ciuilis. Quicquid ſit reijcio Tyronibus, vt in ſuperiori arg.

Septimū,Argumentum ab antecedenti, & conſequenti deduco,quod eſt longe diuerſum, à quarto ſupra poſito.

Qui vult conſequens, vult etiam antecedēs, vt not.DD. hic. Sed dic à contrario, qui

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

non vult consequens non vult etiã antecedens. Sed, siue ius inspicias, siue dominũ fundi, dominus prohibet ingressum, ergo non vult consequens (venationem enim semper aditus sequitur.) Ita ius nõ vult inuitis dominis, quẽpiam ingredi in fundum alienum in hoc §. & in dicta leg. diuus pius de ser.rust. Sed ergo neque ius, neque dominus volent antecedens, idest ipsam capturam, ita vtrumque prohibitum erit venatori, meritò non faciet suam.

Respondetur, hanc regulã valere quoties est idem consensus in eo, qui non vult cõsequens, aut vult, & etiam velit, & nolit antecedens. Sed quoties, vt hic antecedens pẽdet à iure gentium, & consequens a iure priuato non valet regula, qui vult consequens, &c. nec à contrario, quia & si non consentiat dominus in consequenti consentit ius in antecedenti.



QVAE-

QVÆSTIO EX AMBIGVITATE DISCVTITVR.

IVXTA METHODVM Institutionis.

Ex §. item lapilli Inst. de rerum diuisione.



Trũ in lapillis acquirẽdis sola sit inuentio satis, vel desideretur apprehensio.

Termini. Caius, & Seius incedebãt in littore maris. Seius vidit Chrysolidum. Caius apprehendit. Intentio Cai hæc gemma mea est. D. imò mea. Quæst. cuius sit.

Respon. primus oculo inspexi, & ideo occupaui; nam inuenire in lapillis est occupare. Firm. Imò cum lapilli, & gemmę sint eius generis rerum, quæ in nullius bonis sunt; occupatio intelligitur cum apprehensione, vt in alijs rebus communibus.

Supposita. Discept. oritur. Vtrum lapilli, & gemmæ eius sint generis rerũ, quæ per solum aspectum, vel per apprehensionem acquirantur.

Sunt ratio Sei, & Firm. Cai, idest inuenire esse occupare, & inuenire esse apprehendere. *Punctus.*

Quibus suppositis, resultat punctus quæstionis, idest cognitio ortus ipsius ab ambiguitate. Nam cum verbum inuenire vtrumque designet, & nudum intuitum; & inuentionem cum apprehensione, disputatur quid iustius in hac facti specie, quid rationabilius, an inuentio accipiatur cũ occupatione; vel cum inspectione sola.

Geminæ sunt inter se se opiniones pugnantes.

Communis habet, desiderari apprehensionem; nec solum visum sufficere, assertione glos. hic in verbo *inuentoris*. Aret. num. 1. Por. in §. itẽ ea hoc tit. num. 3. & numero 4. DD. in leg. 3. §. neratius ff.

de

de acq.pos. Cui sententiæ, & ipse subsigno quẽadmodũ in calce quæstionis apparebit.

Principe loco expenditur dictio *item* in §. nostro, quæ est repetitiua præcedentium clausularum cum suis qualitatibus, Bart. post tex. & gl. in l. in repetendis ff. de l. 3.

Igitur cum in §§. præcedẽtibus dictum sit non sufficere visum ad acquirendum, sed apprehensionem, Ita in hoc §.

Respondetur, Dictionem *item* poni correspectiuè, & pro connexione materiei, & effectum non formam acquirendi repetere; quod not. Doctores hic num. 1. per text. in l. item apud labeonem ff. de iniurijs etenim nã dictionẽ variat pro materiei varietate.

Secundo, In mediam producitur ratio. § fere 5. hoc tit. vbi quæ i. nullius bonis sunt occurrenti, non etiam inspiciẽti concedũtur. Sed lapilli in nullius bonis sũt ergo. &c.

Respondetur loqui in animalibus, quæ non solo visu acquirũtur, quia facili negotio in libertatem naturalem se se recipiunt l. naturalem ff. de acquir. rerum dom. secus in gemmis.

Tertio, Verba cum effectu accipienda l. si barsatoram. 13. C. de fideiussor. vbi latro non dicitur inuentus nisi manu captus, Igitur verbum inuenire pro apprehensione est accipiendum.

Respondetur, dictam l. loqui in eo casu, quo quis in se recipit latronem coram Prætore exibiturum. Ita Por. in §. thesauros num. 6.

Quæ responsio si vera sit nec ne peritorum sit Iudiciũ.

Quarto, Ita argumentor. Omnis possesio cum naturali; ita cum occupatione est. l. 3. §. neratius ff. de acq. poss. iũcta leg. 1. ff. illo tit. Quicquid per inuentionem acquiritur possidetur. Ergo omne, quod per inuentionem acquiritur est cum occupatione.

Maior patet ex dictis iuribus. Minor liquet, quia si per inuentionem non possideret, falsa esset magis opinio contraria, ergo sequitur, &c.

R. d. l. 3. §. neratius loqui in thesauro, & ita in re particulari, ideo non esse ex eo deducendam propositionem vniuersalem.

Rursus argumentor. Nunquã etsi trãsferri videatur dominium solo visu, nisi titulus habilis pręcedat trãsfertur, ve

luti

luti si quis procuratori suo ius serit nō tradi l. 1. §. si iusserim ff. de acquir. poss. quod etiam in rebus immobilibus vsu venit.

Sed per inuentionem trāsferri videtur dominium, & non præcedit titulus. Ergo per inuentionem non transfertur dominium.

Quinto, Respondetur etsi non præcedat titulus in inuētione ex vendito, vel aliqua alia causa, tamen quando res est in nullius bonis, præcedere videtur titulus saltem pro suo, & tantundem operatur, inuētio per aspectum rerum, quę sint in nullius bonis, quātum aspectus oculorum rei alienæ cum tit. no. in d. l. 1. §. si iusserim Por. in §. thesaur. nostro. tit.

Sexto, Connanus Comment. Iure Ciu. lib. 3. cap. 3. in fine, argumētatur ita. Inuenire est in rem venire, deinde Tullij autoritate &c. quemadmodum vide. Item euidentissimo argum. ex illo Lucæ. 1. Inuenisti gratiā apud Deū idest nacta es; Cui non potest responderi.

Sententia affirmatiua. Diuersam induit mentem Portius in §. item ea num. 3. & in §. thesauros in fine hoc tit. f. solo aspectu lapillorum dominium acquiri.

Prima argumen. est à simili per tex. in l. 1. §. si iusserim, & l. quarundam, & l. quod meo §. 1. ff. de acq. poss. In quibus legibus solus visus sat est ad dominij translationem citra apprehensionem.

Respondetur, hoc ita in dictis iuribus, quia per visum pręcedebat titulus habilis ad translationem dominij. Quoties enim sumus in rebus ab alio possessis, & cōcurrit tradentis animus, tunc solus visus sufficit, quemadmodum not. Aret. hic num. 1. Sed in lapillis nullus pręcedit titulus, & ob id desideratur corporea apprehensio.

Secundo, Loco inducitur tex. in § nostro, qui inuētionis meminit, & de apprehensione nullum verbum. Idem prestat Florent. in l. 3. ff. de rerum diuis.

Respondetur, satis verbū ipsum inuenire apprehensionem designare, nam verba cum effectu accipienda sunt leg. 1. §. hæc autem verba ff. quod quisque iur. item per tex. in l. 3. ff. de fideius.

Tertio, Por. mouetur à simili, nam thesaurus solo aspectu acquiri-

acquiritur, & ita lapilli glos. hic in vers.inuentoris in fine.

Respondetur, glossæ autoritatem Bartoli, & reliquorũ sententia, explodi in leg. 1. de acquir.poss.& Bart.subsignat pęnę Iuris Consultorum vniuersitas, assertione Aldob. in §. thesauros.

Secundo, Respon. in thesauro amotionẽ desiderari l. 3.§.neratius in fi. de acq.pos.

Quarto, Argumentatur à simili cõflatum est Por. Quẽadmodum dominia singulorum præcedente titulo habili ad translationem dominij solo visu quæruntur l. 1.§.si iussserim de acq.poss. Ita ea, quæ sunt in nullius bonis deberẽt solo visu acquiri, cũ sint apta transire in dominium inuentoris, quemadmodum bona singulorũ cum eorũ volũtate in dominiũ alterius tansleãt.

Respondetur, dominij traslationem non inspici ex aptitudine, sed ex titulo, ideo in dicto §.si iussserim res in cõspectu transfertur. Sed in lapillis nullus est titulus, nisi aliquid corporaliter actum sit l. 1.ff.de acq.poss.

Quinto, Perpenditur dictio *statim* in §. nostro, nam illud idem designat quod illico, subitò è uestigio l. vlt. C. de bon. quæ lib.Bart.in l.qui pignori obligari §. vlt. ff. de auct. tut. Si igitur ea quæ in littore maris inueniuntur, statim fiunt inuentoris, non est opus alio actu ex tempore.i. apprehensione.

Resp.si verbũ inuenire cũ effectu vsurpetur quẽadmodũ dictũ est argum. nihil est.

Secundo, Respondetur dictionem statim, vel modicum ante designare, & non ex templò, vel subito Bart. eod. loc. per l. continuus in primo de verb.obl.

Pro Colophone huiusce disceptationis addo nonnulla in firmamentum communis sententiæ, à qua non resiliendum esse existimarim. *Resolutio.*

Nam aut possessio versatur in consideratione, prout in fieri est, aut in facto esse dicitur, primo modo est apprehensio rei leg. 1. §.si vir, & §.item acquirimus de acquir. poss. secundo modo est ius entum ab apprehensione l. 1. in princip. ff. illo tit. Igitur vtroque modo possessio facti est triplex, aut est instrumẽtum nãle, quo quæritur possessio. s. pes manus, & oculus. Ita Paul. Cast. & Pet. Aret. in l. 1. ff.

de

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

de acq. poſſ. per duo priora inſtrumenta vera acquiritur poſſ.d.l.1.& l.traditio in fin. ff.de acqui.rerum dom. ſ.res mobilis manu, pede immobilis l.3.in princ. ff.de acq.poſ.

Oculus autem licet ſit ſenſus naturalis, non tamen eſt inuentus, vt ex eo apprehendatur poſſeſſio, quia ſiue ſit in fieri, ſiue in facto eſſe, cum poſſeſſio apprehenſio ſit, & ius ex apprehenſione, oculus apprehenſionis eſt expers.

Illud autem exploratum eſt, quoties agitur de re aliena hiſce tribus concurrentibus, titulo, tradentis voluntate, & re ſub aſpectu poſita, vel ſub cuſtodia, tunc fictione iuris oculus dicitur poſſe transferre poſſeſſionem. Meritò Paul. in leg. 1. §. ſi iuſſerim, ait, *ſi iuſſerim venditorem procuratori rem tradere, cum ea in preſentia ſit videri mihi traditam*, quæ verba fictionem ſonant l.1.in princ.& ibi Bart.ff.de ſuis, & leg.& l.1.§. deieciſſe ff. de vi & vi ar. labol.in l.quarundam d. tit. de acq. poſſ. ait *aceruus lignorũ poſitus ſub cuſtodia traditus mihi videtur*, i. ficte traditus eſt. Talem interpretat. vult Celſus in l.quod meo §.ſi vẽditionem de acq. poſſ. ne ius à iure diſſideat. Si igitur oculus quamquam res aliena ſit, cum tit. & in conſpectu commento iuris poſſeſſionem inducit non vere. Quid aſſeuerandum in rebus vacantibus, in ſimplici poſſeſſione iuris naturæ, vbi nullus titulus, reiq; in nullius. Nã bonis eſt nemo reperitur, qui tradere queat, & pro forma deſideratur occupatio iux.§. ferę hoc tit.de rer.diu.Igitur Concluſio ſit. In lapillis eſſe neceſſariam apprehẽſionem, & leges contraallegatas agere de poſſeſſione ex ciuili diſpoſitione, & de re conficta à lege, nos vero de poſſeſſione ſimplici naturali, quę ab occupatione, & non aliunde cauſam, & formam habet l. 1. de acq. poſſ. ideo neceſſaria apprehenſio.

Laus Deo, & Deiparæ ſemper Virgini.

CORRECT. PER D. ANGELVM CANTINIVM
I.V.D. Florentin.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87

KONSERVIERT DURCH
ÖSTERREICHISCHE FLORENZHILFE
WIEN 1967

005646957

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.87